



~~III-985~~ S V C I N C T A - 293

M E D I C O R V M  
H V N G A R I A E

E T

T R A N S I L V A N I A E

B I O G R A P H I A.

C E N T V R I A P R I M A

E X C E R P T A

E X A D V E R S A R I I S



A U C T O R I S.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.

*Dido* VIRGIL. Aneid. IV.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A S O M M E R I A.

M D C C L X X I V. 1777

*Gabriel Buchner*

T. 193.

GENIO LITTERARVM

ET

P A T R I A E

S.



S. P. D.

## CAROLVS ANDREAS BEL D.

SEREN. SAXON. ELECTOR. CONSIL. AVLI-  
CVS, POES. PROF. PVBL. ORDIN. NATIONIS  
BAVAR. FACVLTATIS PHILOS. ET COLLE-  
GII DVCALIS SENIOR, ACADEMIAE DE-  
CEMVR ET BIBLIOTHECARIVS, SOCIET.  
SCIENT. OLOMVCENS. ET ROBORETANAE,  
ELECTORALIS BOICAE, OECONOMICAE  
LIPSIENSIS, ET INSTITVTI HISTOR.  
GOETTINGENSIS, SODALIS.

UMF



*Quotquot Virorum doctrina et meri-  
tis, in ciuili acque ac litteraria  
republica, illustrium, vitas ad posteritatem trans-  
miserunt, id spectasse inprimis videntur, non  
solum vt constaret honos virtuti et litteris,*

) 3

(alit



(aliter enim artes, omnesque accenduntur ad studia gloria;) sed ut inuitarentur etiam animi legentium, atque traherentur exemplis talibus ad imitandum eos, qui essent praeclare factis, et copia doctrinae, immortalitatem nominis consecuti. In quo illi quidem recte et sapienter egisse existimandi sunt. Non est in praeceptis, certissimis licet et saluberrimis, ea vis, quae in exemplis cernitur. Ad haec totus orbis componitur, neque est facile inter homines, qui non amet intueri exempla, et sequi. Quidni igitur cumulemus laudibus, atque ornemus, eos omnes, quos tali opera aut defunctos olim cognouimus, aut videmus defungi aetate nostra. Nulla est doctrinae pars, nulla ars aut disciplina,

*plina, quae non tulerit Viros eos, quorum memoria recolenda non delebentur qui amant litteras, non sentiant rapi se ad aemulationem, cui affectui, reipublicae litterariae utilissimo, tot magna ingenia, tot praeclara facta debemus. Non est mei instituti, nec profecto, etiamsi velim, possim, inire numerum istorum, qui hac via bene de genere humano meriti sunt. Dicam de Libro, qui est in manibus. Etsi enim bonum vinum suspenso hedera non eget, tamen erat obsequendum voluntati Auctoris doctissimi, qui me iubebat dicere Lectoribus, atque potissimum civibus meis, Hungaris, litterarum amantibus, quae esset instituti huius ratio, et quid libro legendo possent proficere. Incredibilis atque*

pertinax bonarum litterarum amor, cum ardentissimo patriae amore coniunctus, non poterat non Excellentissimum VESZPREMIAM, qui artem medicam sollerter didicisset, et a longo inde tempore exerceret felicissime, manu quasi ducere atque inuitare ad exquirenda ea omnia, et colligenda, quae pertinerent ad artem eam, cuius ipse quasi signifer esset in Hungaria, commendandam atque illustrandam. Enata sunt e tali immensae lectionis copia *Aduersaria*, in quae *Vir doctissimus* retulit potissimum, quae ad Medicos Hungariae et Transilvaniae, inde ab antiquissima memoria, ad nostra usque tempora spectarent, quaeque euincerent, ut in reliquis disciplinis omnibus, ita etiam in arte salutari,

tari, extitisse in Hungaria viros, qui possent, siue doctrinam reputes, siue in exercenda arte dexteritatem, certare de principatu cum exteris. Talium igitur virorum memoriae consulturus, et celebritati, depromsit iam ex *Aduersariis suis Centurias aliquot Veszprémus, Vir doctissimus, earumque Primam, ad Alphabeti ordinem exactam, hoc libro proposuit, daturus imposterum plures, si, de quo nullum esse dubium potest, hic quasi πρόδεξιμος placuerit ciuibus, sed vero etiam Medicinae cultoribus in uniuersum omnibus, quibus esse despectui insignis haec historiae litterariae Medicinae particula nullo modo potest. Nos profecto vehementer laetamur, surrexisse ciuem, qui patriae, etiam*



ex arte medica, gloriam, monumentis fide dignissimis innixam, ad posteritatem transfunderet. Tenuit autem rationem hanc, ut vitam cuiusque primum, et quae eo pertinerent omnia, mox scripta, quibus inclaruisset, diserte atque ingenue proponeret, vitaretque ea omnia summo studio, quae possent aut odio tributa, aut gratiae, videri. Vidimus et scriptis Medicorum recensendis ab Auctore crisin saepe numero adhibitam, ad normam veritatis, sine acerbitate tamen; nisi forte hoc ipsum acerbum videatur, reprehensa legere quae scripseris. Veritatem odium parere, vetus verbum est; sed haec odia neque internecina sunt, neque fidei atque dexteritati quidquam detrahunt. Librum, si malus est,

est, vir bonus non facile laudauerit; laus vero ab assentatoribus cuiuscunque demum generis profecta, quam agnoscere non est difficile, probro est. Et poterat, imo debebat etiam iudicare Auctor doctissimus de rebus iis, quas ipse longo usu, et non interrupta lectione librorum optimorum, optime didicisset, essetque adeo doctrina et arte ad iudicandum factus. Id ni fecisset, deerat eius libro dos magna, quod et nos ipsi eramus reprehensuri. Ceterum gratulamur Hungariae, dulcissimae patriae nostrae, Virum talem, qualem Veszprémium cognouimus, optamusque vehementer, ut ne desinat bene mereri de litteris, deque Arte sua; quod facturus est edendis pluribus Centuriis, quas auide nobis-

*cum exspectaturi sunt quicumque hanc primam  
legerint, hoc est, docti homines in universum  
omnes. Vale, Lector, et una nobiscum Aucto-  
rem celeberrimum viuere et valere iubeto.  
Scribebam in Studiorum Vniuersitate Lipsiensi  
prid. Kal. Dec. MDCCLXXIV. •*



LECTORI BENIVOLO

STEPHANVS

WESZPREMI

S. P. D.

*Laudabilibus cultiorum reliquarum  
Europae nationum exemplis adducti  
coeperunt nostrae quoque Patriae ciues  
eruditi Virorum in Republica sua litte-  
raria illustrium Vitas luci publicae ex-  
ponere, at non nisi labenti hoc demum  
seculo, quo, languentibus fatorum ini-  
quitate, musis nostris Augustae Do-  
mus Austriacae providentia quies pri-  
dem desiderata procurata est sapientissi-  
me: Czvittingerum in primis, Rotari-  
dem et Petrum Bodium intelligo, nec*

non Peterfium, Schneizelium, Kaprainium, Felkerum, Schwartzium, Wallaszkyum, et ceteros, quorum hi quoque interſperſas editis operibus ſuis ad locupletandam rem hanc litterariam ſuas contulerunt ſymbolas. Sed interim adfulſit ſpes non vana fore, ut nobile hoc ſtudii genus vberioribus commentariis ab Horányio, Hanero, aliis, et maiori quidem eruditionis adparatu illuſtratum accipiamus propediem publice legendum. Sed quia laudatiſſimi Viri hi Biographi Theologos praeprimis, Philoſophos et Iuriſconſultos Patriae, et non niſi pauciſſimos duntaxat Medicorum ordini adſcriptos, in ſua retulerunt Aduerſaria: e re noſtra eſſe duximus, in hanc quoque hiftoriae litterariae Hungaricae partem curatius introſpicere, et fundum hunc eruditionis, qui  
licet

licet sterilis admodum videatur esse, non postrema virium contentione adnitendo excolere pertinacius. Si famigeratissimos bellorum Duces, in perniciem humani generis natos, eiusque sanguine satiari nescios, infinitis prope modum concelebrare elogiis nulla unquam aetas retro acta neglexerit, immo Eos in heroum, coelitem, deorumque numerum referre haud quaquam dubitarit, nonne maiori profecto iure fideles Aesculapii sectatores, hominum in vita conservatores, soteres, aeternis monumentis ob servatos tot tantosque ciues dignissimos, immortalitati hunc, ut coepimus, in modum consecrabitur? Ita interim in eruderandis et colligendis his Patriae rebus versabimur, ut praeter elementarium litterarum ordinem nullis certis nos legibus adstrictos esse Lector ben-

*beniuolus intelligat : si quando tamen in recensendis Medicorum scriptis iudicium subinde ferendum est, absque omni illud acerbitate ad exactam veritatis normam accommodabitur. Vale, L. B. et conatus hosce meos litterarios si vsibus tuis profuturos iudicaueris, plura quoque exspectare poteris. Viros interim omnium ordinum aestumatissimos enixe rogamus, immo per communia reipublicae litterariae sacra obtestamur, ut eruditas suas, quas ad has Patriae res illustrandas optumo consilio pertinere arbitrabuntur, nobiscum perbenigne communicare nulli intermittant symbolas. Dab. Debrecini ad d. IV. Id. Quintil. An. R. S. CIO IO CC LXXIV.*



SVCCINCTA MEDICORVM  
HVNGARIAE ET TRANSILVANIAE  
BIOGRAPHIA.

---

CENTVRIA I.



I.

**A**DRIANVS, Archidiaconus Dobocensis, Med. Doctor, et Iohannis I. Regis Hungariae archiater, quum in colloquio an. 1538. Segesvarini instituto acriter de praecipuis Religionis Christianae capitibus disceptaretur, et prior doctrina a Stephano Szántai potissimum defensaretur, Praesidis munia iussu Regis non sine adplausu obiuit, prout rei huius historiam pluribus verbis enarrat auctor anonymus, in libro Hungarico omnium rarissimo, cui titulum *Hispaniai Vadászság*\*  
vene-

\* Legitur in *Inquisitione* hac *Hispanica*, praesentem fuisse in eo colloquio alium quoque Medicinae Doctorem, virum prudentem et pium, *Iohannem R. z. nei* dictum, qui doctrinam a reuer. Steph. Szántaj propugnatam, a devotissimis autem Romanae sedis asseclis impetitam, sacris litteris consentaneam esse, et ipse validis argumentis probaverit.



veneranda fecit antiquitas. In Comitibus vero regni Transilvaniae generalibus, Claudiopolin an. 1543. indictis, ea illum usum fuisse animi moderatione commemorat *Paullus Ember* hist. eccl. Hung. p. 90. ex *Hanero* pag. 199. ut dum dissentientes a Martino et plerisque regni Primoribus rogo imponendi censerentur, cum Urbano Battyáni et Michaele Csáki, Isabellae reginae consiliariis, restitit, quo minus feralem huiuscemodi experiri cogerentur sententiam.

2. AEMILIUS (IVLIUS) Matthiae Coruini, Regis Hungariae, seculo XV. archiater, de regia valetudine optime semper meritis. Virum hunc, Italico genere non minus, quam doctrina praestantissimum, et poetam sui temporis sane non contemnendum fuisse, auctor est *Bonfinius* Rer. Hungar. Decad. IV. Lib. 8. pag. 647. edit. Hanou. an. 1606. Idem in Praefatione Philostrato praefixa, ab Illustriss. *Kollarario*, in Analect. Vindob. Tom. II. nuper primum edita. Eum eruditae sodalitatis litterariae Celtico-Danubianae membrum fuisse, memoriae prodidit *Conradus Celtes*, in episodis Lucii Apul. Cosmographiae, praemissis, Vien. an. 1497. in fol. edit. \* vt id do-

\* Liceat heic loci, ex rarissima hac Apuleii editione, reliquorum etiam sodalitatis litterariae Danubianae Budensis nomina in apricum producere, quandoquidem *P. Wallaszký* V. Cl. in Tentam. hist. litter. sub Matthia Coruino rege pag. 74. altum vbique de iis apud Historicos silentium esse, nuper admodum adseruit. Praemissa Operi episodica docent, praeter Celtem ea aetate sequentia floruisse erudita sodalitatii membra: *Ioannem Graecum Pierium*, Romanor. regi a secretis; *Augustinum Olomucensem*, Pannoniae regi a secretis; *Iulium Aemilium*, Pannoniae regis archiatrum, *Ioh. Cuspinianum*, poetam laureatum; *Andr. Scibarium*, theologum et mathematicum; *Ioh. Szabium*, philosophum et mathematicum; *Christoph.*

id docet *Schellhornius* amoenit. hist. eccl. et litter. Tom. i. pag. 818. Lubet hic epigramma sequens in gratiam popularium meorum exscribere, quo sodalitium hocce Danubianum, Episcopum *Weszprimiensem*, principem sodalitatis illa aetate elegit:

*Danubiana coïors, phoebeis digna triumphis*

*Quam decorat clariis Celtica musa sonis.*

*Principe te gaudet, concordique eligit ore*

*Patronum, et nutu statque caditque tuo.*

3. AGNETHLER (MICH. GOTTL.) Eques hic Transilvanus, Cibinii in Transilvania an. 1719. d. 19. Jul. natus est, patre Daniele Agnethler, patrii gymnasii primum Rectore, postea Ecclesiae Gerhardinae ad Alutam concionatore. Cibiniensis scholae coetui adscriptus, fidelissima institutione ad studia academica et theologica, quibus consecratus fuerat, praeparatus est: hinc an. 1742. ad academiam Hallensem accessit, in qua tam diligenter versatus est, ut in Theologum, Philosophum, Mathematicum, et Historicum eua-deret, labentibus annis non incelebrem. Valetudinis suavit inconstantia, ut his studiis Medicinam quoque corporis adiungeret, quare mox an. 1751.

A 2

d. 1. Febr.

*Christoph. Waitmyl*, Praepositum Pragensem; *Sturlinum*, Smalcaldum, eius paedagogum; *Hieron. Balbum* I. V. D. *Barthol. Scipio*, Med. Doct. *Ioh. Stehca*, Pannon. regi a secretis; *Erasmus Viniferum*, Cracouiensem; *Ioh. Tolophus*, Ratisbonensem Canonicum; *Theodoric. Visseni-um*, archiatrum; *Heur. Cuspidum*; *Bonomi* duo, alterum regi Romanor. reginae alterum a secretis; horum denique omnium Praefes electus *Episcopus Weszprimien-sis*, cuius vero nomen non legitur additum, neque *Murr. Sz. Iványi* in Dissert. Paralipomen meminit, neque ipsum venerabile loci eius Capitulum, sciscitanti mihi, deficientibus monumentis, quidquam de eo tradidit.

d. 1. Febr. ex Decreto Facultatis medicae Medicinae Doctor creatus est, quum prius, anno praecedente, LL. AA. Magistri honoribus maectatus esset. Varia eruditione fautorum animos in se conuertens, academiae Helmstadiensis curatorum suffragiis an. 1751. Eloquentiae, Poeseos, et Antiquitatum Professor publicus denominatus est; quam prouinciam dum vix per annum integrum, lenta tabe impeditus, commode satis administrasset, dies 15. Ianuar. an. 1752. finem vitae adtulit. Laudatorem, iussu Senatus Academici, naectus est venerab. Carpzouium, in Programmate funebri, Helmstad. an. 1752. 4 plag. 4. vid. *Dunckelii Relat. historico-critic. Tom. I. pag. 7. 8. 329-332.*

## O P E R A.

1. *Martin. Schmeizels Erläuterung der Gold-und Silber-Münzen von Siebenbürgen*, Halae Magd. an. 1748. in 4. plag. 12. cum tab. aen. Collectionem rerum Hungar. Schmeizelii 200. thaleris coemit, et Schedion hoc postumum inde protraxit, et praefatione auxit.
2. *Syracusanishe Könige und Tyrannen aus Griechischen Münzen*, Halae Magd. an. 1748. 4. Legitur haec diss. in Additamentis Baumgartenianis ad vniuersalem Orbis Historiam Parte III. n. 3.
3. *Beschreibung des Schultzsichen Münz-Cabinetts* ibid. an. 1750. 4. IV. Theile.
4. *Laurentius Iohannes Nepomucenus Reen, Med. Doctor, plagii litterarii in regiae Fridericianae Parnasso grauiter accusatus, conuictus, atque Hallensium Musarum decreto condemnatus*, ibid. an. 1750. 4.
5. *Dissert. inaug. med. sine Praeside, de Lauro*, ibid. an. 1751. 4. c. figg. aen. Ob id, quod hic licentius

tius dictum, reprehensus a Boernero Specim. I. Biblioth. libr. rarior. pag. 34.

6. *Numophylacium Schultzianum perpetuo commentario illustratum*, Pars I. ibid. an. 1746. 4. c. figg. aen.
7. *Nachricht von des H. Profess. Schultzens deutschen Uebersetzung Plutarchs Lebensbeschreibungen berühmter Männer*. ibid. 1746. 4.
8. *Zwo kurze Nachrichten vom Schulzischen Müntz-Cabinet*, ibid. 1746. et 1750. 4.
9. *Schreiben des H. Baumgarten, in welchem der H. Profess. Schultze gegen ungegründete Auslagen des berühmten Cantzlers von Ludewig vertheidiget wird*. ibid. 1750. 4.
10. *Commentarius ad Arabicam Inscriptionem, pallio imperiali, Pluuiale dicto, ante sexcentos et octodecim annos filis aureis intextam, Augustissimo Principi Iosepho, Archiduci Austriae, consecratus*, ibid. an. 1751. in fol. cum tabb. aen.
11. *Commentatio de rarioribus thesauri Schulziani numis*, Halae Magd. an. 1751. 4.
12. *Index bibliothecae Schneizelianae res Hungar. Transiluan. vicinarumque prouinciarum illustrantis, ab Agnethlero 200. Imperialibus emtae, auctae, metropolitanae urbis Cibiniensis Senatui venditae, et nouissime in Transiluaniam deportatae*, ibid. an. 1751. 8. plag. 4.
13. *Iohan. Frid. Boeckelmanni Medicus Romanus seruus, sexaginta solidis aestimatus*. Lugd. Batau. an. 1671. in 12. ibid. an. 1681. in 16. recus. curante Agnethlero, Halae Magd. an. 1746. 8. plag. 3.
14. *Car. Linnaei sistema naturae: Fundamenta botanica: Bibliotheca botanica: Classes plantarum: cura Agnethleri recusa*. Halae Magd. an. 1747. 8.

15. *St. Blancardi Lexicon medicum recognitum, variisque accessionibus locupletatum, per Agnethlerum, cum Praefat. Büchneri, ibid. an. 1748. 8. Sunt praeterea nonnulla opuscula in MSto, typis destinata.*
4. **APATZAI** (IOH. TSERE) natus in villa Apátza agri Bartziensis, Claudiopoli et Albae Iuliae humaniores edidicit litteras; in academias Batauas emissus, omnium linguarum orientalium notitiam sibi comparauit, per scripta Medicorum omnis aevi longe lateque grassatus est, et adeo inclaruit, vt sumto theologiae Doctoris titulo, prouincia docendi sacras litteras in academia Ultraiectina ei deferretur, quam tamen certis inductus rationibus honeste declinauit. Primum Albae Iuliae ab an. 1653, elapsis paucis post annis Claudiopoli, theologiam, philosophiam, mathesin, iurisprudentiam, publice in scholis professus est, tanto quidem omnium adplausu, vt bonas litteras quasi ex arce sua prolapsas in antiquum nitorem in patria restituere crederetur, nisi inuida tam salutaribus conatibus mors praematura obstitisset. Obiit ex pthili pulmonali an. 1659.

## O P E R A.

1. *Introductio ad Philosophiam sacram.* Ultraï. an. 1650.
2. *Magyar Encyclopaedia*, 21. 27.: *minden igaz és hasznos Böltségnék szép rendben való foglalása.* Ultraï. 1653. in 12. plag. 18. In hac Encyclopaedia vniuersa Medicina, idiomate Hungarico, in compendio pulcre exhibetur capite VII. Physiologia animalium Sect. 17-27. Anthropologia Section. 28. 29. Semeiotica Sect. 30. Hygieine Sect. 31. Pathologia et Therapeutica Sect. 32-37. Zoographia Sect. 38-40. Botanica Sect. 41-44. Reliqua materia medica Sect. 45-46. et haec omnia ex mente Rhegii, Scribonii, et Alstedii.

3. *Ma-*

3. *Magyar Logica*. Albae Iuliae an. 1656. 8.
4. *Oratio de studio sapientiae, in qua artium et scientiarum omnium utilitas, earumque ortus ab Adamo ad Hebraeos, ab his ad Chaldaeos, inde Aegyptios, Graecos, Arabes, et Latinos, progressus et cultura perstrungitur, et ob eam causam harum linguarum necessitas probatur. Postremo ostenditur modus, quo gens Hungarica huius sapientiae non tantum particeps fieri, sed breui omnes illas se non superare, aequare saltem possit.* Habita cum Rectoris munus in collegio Albenfi an. 1653. mense Nou. auspicaretur. Ultrai. an. 1655. in 12. plag. 2.
5. *Disputatio de politia ecclesiastica.* Claudiop. an. 1658. 8.
6. *Oratio de summa scholarum necessitate, earumque inter Hungaros barbariei causis, habita cum directionem collegii Claudiopolitani recens erecti, - Celsiss. Transilu.* Principe ita iubente, an. 1656. d. 20. Nouembr. susciperet: in Acroaterio academico prima. Est mihi prae manibus MSC. plag. 5. in fol.
7. *Modus fundandi Academiam in Transilvania, Sereniss. Principi, Achatio Bartsai, exhibitus, in qua omnium scientiarum Facultates, etiam Medicina, publice docerentur.* Mansit in MSto.
5. AVGVSTINI ABHORTIS (CHRIST.) Scepusiensis, natus an. 1598. d. 6. Decembr. patre Georgio Augustini, matre autem Bacharia Debitz, ex nobili stirpe olim in Silesia oriunda, germana sorore Balthafaris Debitz, Med. Doctoris et Rudolphi II. Imp. Medici aulici. Academicorum studiorum causa perlustravit Francofurtum ad Viadrum, Ienam, Lipliam, Vittebergam; in Heluetiam an. 1619. delatus, Basileae anno sequente d. 6. Aprilis, Rectore Casparo Bauhino, summos a Facultate medica impetrauit honores. Redux ad patrios lares, Kesmarkinum, exer-

cendae praxeos sedem elegit, et an. 1622. prouinciam ordinarii Physici a ciuitate obtinuit: vnde an. 1626. inito prius cum Sufanna, Balthafaris Székely de Doba, viri nobilis filia, coniugio, Lomnitzium nobile ad Carpathi radices praedium se contulit, ibi postea vitam degit, ibi satis cessit an. 1650. d. 21. Augusti, et in templo loci illius sepultus est. Inter exercitium artis eam nominis celebritatem consecutus, vt Ferdinandi II. Imp. Medicus et aulae familiaris renunciaretur; et quum labente tempore ex regis mandato Viennae hortum instruxisset botanicum, non modo libertate nobilitari Hungarica d. 6. April. an. 1631. addito gentilitio *Augustini* nomini, honorifico ab Hortis titulo, sed pretiosissimo praeterea torque aureo liberalissime donatus est. Accepit praeterea a suo Musageta peluim argenteam non leuis ponderis, quum ei filia prima nata fuisset, et ob eam causam, suum Vienna ad domesticos discessum, impetrata a Caesare venia, maturaret. Eodem splendido et Archiatri, et aulae familiaris, et consiliarii munere functus est ad dies vitae apud Ferdinandum III. quoque, felicitis recordationis Imperatorem. Aeternam laudem meruit, quod dum an. 1640. summos Carpathi montes ad Kesmarkinum conscenderet, *Oleum* illud, seu *Balsamum polychrestum*, cui *Hungarici* vel *Carpathici* nomen adhaesit, primus omnium ex Libano Carpathica destillauerit, eiusque praeparandi modum, virtutes, et vsum, ciues suos edocuerit; quae singula manu eius signata, ex tabulario officinae pharmaceuticae Kesmarkiensis, vbi hodieum adseruantur, Iohannes postea *Milleter* protraxit, et in sua dissertatione inaugurali de *Csömör* edita, cum vniuerso orbe communicauit, quem mox secutus est *Dan. Fischer* in *Collectan. Vratislauenfibus* an. 1718. et 1719. tandem

dem *Breynius* in *Ephemer. nat. CC. centur. VII.* obs. 2. *Bruckmannus* in *Specim. I. de frutice Kofzodrewa, Brunsvigae an. 1727.* in 4. *Trewius* in *Nou. Act. nat. CC. Tom. III. et alii.* Tractatus duos eum scripsisse constans omnium est traditio: vnum de *Balsamo Hungarico*, alterum de *Geminis Hungariae*, sed mors vtriusque editionem intercepit; viduam et impuberes liberos Bibliothecam, cum MStis, pecunia emtoribus distribuisse *Sachfus* refert in *Miscellan. Nat. CC. Decur. I. an. II. Obs. 28.* *Musaeum quoque rerum naturalium Hungaricarum* instituere fuisse meditatatum, testis est epistola *Ferdinandi III. Imp. ad Georgium Rákóczy*, *Transilvaniae Principem*, exarata, quam *Caesaris* manu et sigillo signatam, cum reliqua proavi sui vita, *Rev. Samuel ab Hortis*, ecclesiastes ad aedem d. *Georgii* in *Scepusio*, ditionis nuper *Polonicae*, quod *Szombathely* nobis dicitur, ex autographo mecum communicavit:

Ferdinandus III. Dei Gratia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae Rex. etc.

**I**llustrissime Princeps, nobis honorande. Fidelis noster egregius Christianus *Augustini ab Hortis*, Med. Doctor noster aulicus, sua industria et dexteritate in diuersis locis regni nostri Hungariae, varios lapillos ac varias raritates inuestigauit, ac *Maiestati nostrae* demisse praesentauit. Quia vero idem Medicus plures eiusmodi curiositates, ex benigna ordinatione ulterius quoque indagare, de iisque peculiarem libellum conscribere ac edere in animo habeat. Vt tale propositum ac intentio ipsius, commodiorem progressum habere ac consequi valeat, Sinceritatem vestram benigne requirimus, ne patiatur impediri, si in *Eiusdem* bonis ac territoriis quoque similes raritates ipsum



*inuestigare contigerit, aut opus habuerit. Factura in eo Sinceritas vestra rem nobis gratam, cui in reliquo vitam longaeuam et felices rerum successus comprecamur. Datum in ciuitate nostra Vienna, die trigesima mensis Nouembris, Anno Domini 1641.*

Ferdinandus.

Georgius Lippay, Episcopus  
Agriensis.

Georgius Orosz.

6. BALSARATI VITVS (IOHAN.) in Dombegyháza, vico inter Chrysum et Marusium fluuios medio, natus est an. 1529. patre Luca Vitus, viro militari, et arcis Nagy-Lakientis praefecto, qui dum a Turcica barbarie in captiuitatem raptaretur, infans vero trimestris ex mediis flammis mira Dei prouidentia conseruatus, nutrici in praedio Balsarát lactandus educandusque traderetur, nomen Balsarátii in perpetuam rei memoriam Nostro adhaesit. Ob merita patris, Anna, Petri Iakfit vidua, dictae arcis domina, optimam pueri gessit curam, eum in nobiliores ea aetate scholas, Iuliacensem, Erdödientem, Rivulensem, et S. Patakientem, ad tractanda studia exiisit, et tam diu liberali in iis aluit stipendio, quoad academicis studiis idoneus haberetur. Annus itaque 1549. agebatur, quum Vittebergensem, rectore Casparo Crucigero, adiit Vniuersitatem: hic per septem annos in studiis moratus, anno aetatis vicesimo quinto Magister in Facultate philosophica publice proclamatus, et nouissime officio Senioris in natione Hungarica defunctus est an. 1556. quo tandem ex Philippi Melanthonis, praeceptoris et fautoris sui optimi, consilio, in Italiam proficisci constituit,
- Bono-

Bononiae et Patauii quatuor annis medico studio li-  
 tauit, in botanicis potissimum excelluit. Nominis  
 celebritate motus *Paulus V.* summus pontifex, in  
 Aulam suam euocatum, eum archiatrum suum con-  
 stituit; quo dum munere sex iam fungeretur men-  
 sibus, Gabriel Perénus, qui omnes sumtus in iter  
 academicum suppeditauerat, ad patrios lares an. 1560  
 reuocauit, et aulae suae Medicum constituit; mox id  
 commendatione apud Maximilianum regem Hunga-  
 riae effecit, vt priuilegiorum nobiletarium tabulis do-  
 naretur. Mortuo post sexennium hoc summo studio-  
 rum altore, Balsaratus, datam olim fidem liberaturus,  
 sacrum quoque ministerium, cui se deuouerat, coe-  
 pit cum artis medicae exercitio coniungere, quare  
 an. 1570. Liszkam ad formandum sacrum coetum di-  
 greditur, vnde se S. Patakinum conuertit, ecclesiae  
 et scholae cum adplausu moderator, quoad d. 7.  
 April. an. 1575. atrox dysenteria duodecim hora-  
 rum interuallo citissime conficeret, aetatis anno 46.  
 Tacendum non erat, eum Synodo quoque Cassouien-  
 si, contra Lucam Agriensem an. 1568. celebrato, in-  
 terfuisse. Petrus Beregszálzi parentauit latino et  
 graeco carmine, Vitteb. an. 1575. in 4. edito. Item  
 Dauid Sigemundus Cassouiensis, Vitteberg. an. 1577.  
 4. et alii. Basilius Fabritius Szikszai orationem fu-  
 nebrem de vita et morte recitauit, et edidit Vitteb.  
 an. 1576. 4. vnde nunc sequens eius Epitaphium  
 producitur:

*Vitus Apollinea celeberrimus arte Ioannes ,  
 Ipso qui Phoebus maior in arte fuit,  
 Ossa sub hunc tumulum moriens dedit, ista sed amplum  
 Nominis eximium non tegit urna decus.  
 Haud contentus erat medicas saluare per artes  
 Corpora , morborum dum fugat omne genus:*

*Nobilio-*

*Nobiliora animis languentibus adinouet heros  
 Pharmaca, quae succo temperat Ambrosio.  
 Sed gemino veterem medicamine sanat Adamum,  
 Totus homo ut certam sentiat aeger opem.  
 Felix, qui potuit studio peperisse fideli  
 Doctrinae tantas interioris opes.  
 Sed pietas spectata Viri, sapientia, candor,  
 Et morum grauitas, et sine labe fides,  
 Officiumque bonis vltro impendisse parata  
 Sedulitas, multum, quod celebretur, habet.  
 Pannonis ora fleat, viduata ecclesia plangat,  
 Pierique gemat moesta caterua chori.  
 Occidis heu patriae aecus irreparabile terrae!  
 Occidis, et tecum commoda quanta rapis!  
 Posteritas meritis te semper honoribus aequa  
 Condecoret, memori laude per astra vehat.  
 Salue, Vite! nihil mors in te iuris habebit:  
 Fama tua est obitus nescia. Vite, vale.*

## O P E R A.

1. *A' Keresztvényi Vallás ágazatinak rövid Summája*  
An. 1571. in 8.
2. *De remediis pestis prophylacticis.* An. 1564.
3. *Magyar Chirurgia, a' seb gyógyulásuak mesterse-  
geröl irt négy Könyvek.*
7. BANFI HVNNIADES (IOHANNES) vulgo Hans  
Hungar dictus, gente Transiluanus Hungarus, ex anti-  
quissima et nobilissima Banforum de Hunyad prosapia,  
Riuulis dominarum genitus an 1516. In peregrina-  
tione litteraria constitutus, in mediam penetrauit  
Angliam, Londini potissimum tandem se in chemi-  
cis exercuit operationibus, vt teste Thoma Smi-  
thio, in vitis eruditor. Londini 1707. in 4. edit. in  
Artic. Ioan. Dee, pag. 55. in famosissimum euade-  
ret chemicum, immo et ipsum decantatum *Adapti*  
nomen

nomen indispiceretur. Quum ingrauescente aetate in patriam repedare induceret in animum, atque itineris et artis alchemisticae socium Arthurem Dee, celebrem chryfopoeum, Ioannis magicarum artium iactatoris filium, quocum iam antea an. 1649. Londini societatem ad exercendam alchemiam contraxerat, Amstelodami praestolaretur, ibidem mortuus est. Vid. Anton. Wood in Athen. Oxoniens. Vol. II. pag. 142. edit. 2. Londin. an. 1721. fol. Effigies aeri incisa, quae in archetypo mihi ad manus est, barbatum, et veste Professorum Greshamensium ad umbilicum vsque depictum exhibet, sinistra manu in sinu erectam tenens phialam magnam duplicatam: in circulo, qui imaginem ambit, a dextris ante pectus circinus et astrolabium visitur, cum adiecta epigraphe, *Inuentionum regula proportio; interne septem metallorum signa. Fac fixum volatile, et volatile fixum, et habebis magisterium; atergo alembicus, phiala, et retorta. Est in Mercurio quicquid quaerunt sapientes; supra verticem Globus coelestis, Coelienarrant gloriam Dei fortis, Pjal. 19. Effigies Ioannis Bánfi Hunniadis, Rivulensis Hungari, olim Anglo-Londini in illustri collegio Greshamensi Hermeticae disciplinae Sectatoris et philo-mathematici. aet. 68. an. 1644. Gouzi delineauit, V. Kollar fecit Londini.*

3. BEITHE (STEPH.) Hungarus, ex Comitatu Castriferrei oriundus, circa finem seculi XVI. in oppido Nemet Ujvár, aliter Gissing dicto, atque in aula Illustriss. Comitis Balthasaris de Battyán verbi diuini praeco fuit. Insignem hunc patriae nostrae Botanicum, *Carolus Clusius*, Atrebas, in Praefatione historiae stirpium Pannonicarum praefixa, prolixè admodum laudat; eo enim duce per potiores Hungariae prouincias botanicam instituisse perambulacionem

lationem commemorat. Hunc Cl. Dan. Haynocius, in epistola sua gratulatoria ad Reu. Io. Sipkovits Tooth, Superattendente[m] scripta, et Halae Magd. an. 1742. in 4. edita, Superattendente[m] ecclesiarum Aug. Confess. transdanubianis adnumerat, sola hac ductus ratione, quod ante an. 1590. non parua inter theologos Helu. et Aug. Confess. vt apud exteros, ita etiam in Hungaria, fuerit confusio: at Paullum Ember certiora docuisse, constat ex Annalibus Eccles. Helv. Confess. transdanubianarum, quos bona fide exscripsit histor. eccl. Hung. pag. 658. Filium reliquit Emericum Bejthe, primo iunioris comitis Francisci Battyáni, filii Ealthafaris, studiorum informatorem, postea concionatorem in Gissing aulicum, et nouissime Superattendente[m] ordine quartum in Ecclesiis Helv. Confess. trans Danubium locatis. Quibus interea naeuis Beithius laborauerit, eos Comitatum Soproniensis, Szaladiensis, Castriferrei Pastores, Superattendente[m] huic suo improbrasse legimus in libello quodam, ad modum Formulae Concordiae concinnato, et Kerefturini an. 1598. in 8. edito: quare id factum ita sit, mordacibus, pro more suo, verbis, docet Cardinalis Pasmannus in Hodego, T. I. L. 3. c. 7. pag. 203. et 220. edit. Pofon. a. 1613. fol.

## O P E R A.

1. *Carmen aggratulatorium* Steph. Pathaj, Ecclesiae Papiensis scriptum, cum is librum de Sacramentis in genere typis Papiensibus ederet An. 1592. in 8. Alph. 1.
2. *Confessio fidei Nemetuuarientis*, certis comprehensa articulis: Nemetuuarini an. 1597. in 4.
3. *Nomenclator stirpium Pannonicus*, annexus historiae stirpium rariorum Pannonicarum *Car. Clusii*  
Autw.

Antw. 1583. in 8. repetitus cum interpretatione vocabulorum germanica, in Specimine Hung. litter. Czuittingeriano, p. 52. sqq.

4. *Magyar Postilla*, az az: a Vasárnapokra rendeltett Evangeliomok iratatott Prédikátziok. Iudicium *Alb. Molnár* de hoc libro legitur in *Postilla Scultetica*, Dedicacionis pag. 8. edit. Oppenheimiae an. 1617. in 4.
5. *A' Keresztényi tudománynak rövid Summája*, az az: 'Tíz parantsolatról, Evangeliomról, Imádságról 's a' t. Világos-várrott 1582. 8. Dedicatus est Franc. Battyáni, Balthafaris filio, adiecto hoc tetraſticho:

*Haec documenta legas, animo feruente, Puella,*

*Haec tibi proponent iuſſa verenda Dei.*

*Vita bruto eſt ſimilis, ſi non his mens decoretur;*

*Notitiam ſummi numinis iſta dabunt.*

6. *Miképpen a' Keresztſéget*, Úr vatforáját, Házaſok eſketéſét, oldozatot, gyónaſt, ſzolgáltatſának az Egyházi Tanítók, arról irott Könyvetske, Gizing Varoſában 1582. 8.
7. *Encomion vbiquitiſſicum contra Brentianos*, ' Németujvarini an. 1597. in 8. typis Ioannis Maniliü, et ſumtibus Andr. Bejthe.
8. *Herbarium*, Hungarico idiomaſe, ſub titulo: *Füves Könyv, füveknek és fáknak nevekrök, természetekrök, és haſznokrök, irattatott és ſzereztetett Magyar nyelven a' fő Doktorok és természet tudó Orvosoknak, Dioscoridesnek és Matthiolusnak bölts Iráſokból.* Német- ujjvárrott Manilius Iános által 1595. 4. Quandoquidem liber hic omnium ſit rariffimus, iuuabit Meliffae deſcriptionem ſpeciminis loco hic deſcribere, vnde auctoris rei herbariae, et Medicinae Galenicæ notitia, nec non antiquior

antiquior dialectus et orthographia Hungarica quodammodo cognosci poterit:

*Meh fivnek Nevezetij:* Dóiakúl *Melissa*, *Apiastrum*, Magyarúl *Me'h fiju*, mehek zerető fiju: fejér, viragu, hasonló az pözercehez, és az holt chalanhoz: ha ki zakaztod az virágot, edős.

*Termeszety:* Meteghytő, zarazto, emetző és gyogito fyu.

*Haznay:* Ha borban meg főzöd az *Meh fyu*et, és gyakran izod, korsagot és fuladast gyogit, mellyet és tidöt tisztit, az ziuet erőssiti, mert banatot auag<sup>g</sup> *Melancholiat* belöle ki üz, has fajást gyogit, igen io belöle chystert chynalny az *Colica* ellen. Meteld meg az erdei meh fyu<sup>et</sup>, egy nap és egy éiel aztasd edős borban, az utan vöd vizet, mindenfele belső betegség ellen igen ió: *Thorokdagadast*, nyak tsap le eseset, zent Antal tüzet, és has fajást gyogit, ha minden nap izod, és az fyu<sup>et</sup> hasadra, torkodra kötöd, söt a chycklast az sok zelletit az hasnak meg allattya, az sok kerödest és bökögest, és tauoztat, szömöt tisztit. Ha szek fyu viragaval egy satskóban kötöd, és vízben avagy borban meg főzöd, tekerő chyömört, has fajást, asszony embör matrajat meg gyogit: söt zömeröm testnek, *Majnak*, *Jepnek* és vesenekbe rekedeset meg nyttya: ha asszony embert partasz vele, az veret meg inditya, köuet ront, minden dagadást, agyeknak fajaszt, has tekerest meg gyogit. Ha vizet vezöd, igen jo kigyónak és dihös *Ebnek* marasat vele mosny. Zavaros borban ha be vetöd az *Meh fyu*et, szép *Zinöue* teszi. Ennek az *Meh fiju*nek az vize, kegyet és rothadast el üz, nem had'ya az huft hamar legynek meg-esny.

9. BENTZIG (MATTHIAS) fuit Borsodiensis, in eo comitatu natus an. 1697. parentibus honorationibus,

bus, quorum vtrumque puero in tenera aetate mors ante tempus eripuit: prouida amicorum cura in humanioribus studiis adoleuit, et mox in Transilvaniae scholas delatus, filiorum Comitis Iohannis Kemény ephorum egit, et cum iisdem in exterorum academias dimissus, dato lauto a suo Mecaenate annuo stipendio, tantum in medico studio profecit, vt Doctoris Medicinae honoribus in academia Fridericiana d. 21. Mart. an. 1731. condecoraretur. In Transilvania post reditum medicam praxin auspiciatus est, et mox Debrecinum a Senatu euocatus, ciuitatis ordinarius Physicus constitutus est, cum ducentorum florenorum imperialium honorario: dolendum, quod muneri huic non nisi per quadriennium, fatorum iniquitate praeuentus, praeesse potuerit. Exeunte an. 1739. et incipiente 1740. quibus dira Pestis nostram adflixit ciuitatem, Doctoris pestilentiarum munere, oblato menstruo 40. flor. Rhenens. salario, laudabiliter defunctus est: inter mille mortes pharmaca distribuendo versabatur intrepidus, ob seruatos innumeros ciues, dignus cuius memoriam grata mente sera quoque nostra recolat posteritas. Quem contagiosa lues inficere non potuit, eum lenta tabes an. 1749. d. 3. Dec. sepulcro condidit an. aetat. 52. Ad res domesticas quod attinet, vxorem apud nos duxit viduam Paulli Szentzi, feminam foecundam, septem liberorum matrem, quae ei tres peperit filios, in his duos, Sigismundum et Iohannem, superstites.

## O P E R A.

1. Dissert. inaug. med. Praes. Fr. Hoffmanno de dolore cephalico. Halae Magd. an. 1731. in 4. plag. 3½
2. De remediis pestis prophylactis.

B

3. Ge-



3. *Genuina pestis descriptio, quae an. 1739. Debre-  
cini grassata est. Latet vtrumque in MSto. Quam  
ltragem pestis haec in vrbe hac nostra ediderit;  
constat ex tabella, quae est in fastis ciuitatis pu-  
blicis.*

10. BETHLEN (CATHARINA) Illustrissimi Comitis,  
Samuelis Bethlen, supremi in comitatu Küküllöva-  
rienti Comitis, et sedis Siculicalis Marusientis supre-  
mi iudicis regii, ex Barbara Nagy Borfaiensi ad d. 25.  
Nov. an. 1700. nata filia, Iohannis vero Comitis  
Bethien, summi regni Transilvaniae Cancellarii, ne-  
ptis, virgo annorum septendecim, comiti Ladislao  
Haller elocata est, sed hoc marito anno 1719. peste  
e viuis sublato, vidua trium annorum cum semisse  
facri Rom. Imp. Comiti, Iosepho Teleki de Szék, iun-  
cta est matrimonio, in quo dum decem expleuisset  
annos integros, et dilectissimum amisisset maritum,  
non passa est reliquis vitae suae annis a quoquam se  
amplexari viro imposterum, sed pia morte decessit an-  
no 1759. aetatis 59. Fuit femina supra sexum suum  
doctissima, multis animi dotibus commendatissima,  
pientissima, prout id rev. Petrus Bodius, in dedica-  
tione lexicisui biblici, Hungarico idiomate Claudio-  
poli an. 1746. in 4. editi, pluribus verbis enumerat.  
Haec studiorum aitrix nullis pepercit sumtibus, li-  
bros vernacula lingua Hungarica exaratos omnis  
generis, qui in patria haberi poterant, posito quo-  
uis pretio, indefesso collegit studio: quorum iam  
dum ingens esset numerus, paucis ante mortem an-  
nis in publicam Collegii, quod ad viam Anniam est,  
bibliothecam, ipsamet intulit. In medicinae stu-  
dium naturali quodam ferebatur instinctu, fidelissi-  
mis celebrium trium medicinae Doctorum, Kölesérii,  
Simonii, et Borosnyaii institutionibus vsa, insignent  
in ea

in ea arte sibi comparavit notitiam: in botanicis potissimum excelluit; omnibus aegris, opem suam implorantibus, quibus eius aula semper scatebat, medica manu, absque villo fostro, citissime subuenit. Quam in medendo promptitudinem, poeta Hungarus, rhythmis parentalibus ad orationem funebrem, *Tiszta fényes drága Bibor* inscriptam, et Claudiopoli an. 1762. in 8. plag. 3. editam, adnexis, sequentem in modum celebrat:

*Voltak ezek között szép orvos Könyvek is,  
 Vonta magát arra még a' természet is,  
 Tudta sok jó fünek hasznos erejét is,  
 Gyógyitást gyakorlo t gyakran még maga is.  
 Kivált szem fájdalmát böltsen orvoslotta,  
 Hályogot a' szemről könnyen el oszlatta,  
 E' hasznos tudományt nekj tanította  
 Más Doktorok között edgy jó Oculista.  
 Sokszor a' betegek sereggel állottak,  
 Kik hozzája mentek, megorvosoltattak,  
 Merszfe földriül néha oda hozattattak,  
 Könnyebülést véven rá áldást mondottak.*

## O P E R A.

1. *Védelmeső Pais, mellyel a' Kisérteteknek tüzes nyilai ellen e' világi életben szüntelen fennforgo nehézs Hartzok között nem tsak oltalmáshatya magát, hanem azokat diadalmason meg is győzheti, és a' győzödelmeseknek seregekbe ditsekedve beáthat a Keresttyén Ember. Cibinii an. 1751. 8. plag. 6.*
2. *Curriculum suae vitae, sub titulo: Gróff Bethleni Bethlen Kata Eletének maga által való rövid*  
B 2 Leírása.

*Leirásfa.* Sine loco et anno editionis, in 8. plag. 16. Cibinii produsse certum est.

II. BLANDRATA (GEORGIVS) fatalis Medicus, gente Italus, patria Pedemontanus Saluciensis, deserta avita religione factus est primum Caluini, postea Serveti, tandem Socini ad secla, vt alibi gentium, in Italia, Helvetia imprimis et Polonia, ita in nostra quoque Transilvania magnas in sanctiore republica excitauit turbas: ex vicina quippe Polonia, quam Arii venenis iam imbuerat, in Transilvaniam anno 1563. delatus, in aulam Iohannis II. electi Hungarorum regis commigravit, vbi posteaquam Archiatri prouinciam accepisset, vsus ille ministerio Francisci Daudis, antistitis Claudiopolitani, quem prius subdole ad suas partes pertraxerat, breui integram ciuitatem, immo ipsam aulam regiam, opinione diuinam Christi Seruatoris naturam oppugnantium infecerat, regemque iuuenem eo adduxerat, vt non nisi eos sibi ministrare pateretur, et publica quaeuis in regno gerere munia, qui regis et Blandratae placita sequerentur. Anno sequente 1564. in Synodo fratrum generali Enyedinum convocata, plena regis auctoritate missus, praesidis munere functus est. Dogma, quod fouebat, in Albana primum an. 1568. et Magno-Varadina an. 1569. institutis coram ipso rege disputationibus, etsi contra orthodoxae fidei adsertores ex voto regis et reliquorum arbitrorum defendere non potuerit, se non tam Theologum, quam Medicum, toties clamitando, effecit tamen id suis artibus apud Principem, vt publicis regni legibus, vice non simplici sancitis, sub nomine religionis Vnitariae, in hunc vsque diem stabiliretur. Regulum hunc, quum is an. 1566. ad salutandum Solimannum in castra ad Pan-

Pantfouam posita, cum suis aulae ministris proficisceretur, lateri semper adfixus Blandrata, in medium vsque tentorium secutus est, et mox ab Imperatore Turcico pretiosissima suae gentis veste talarum donatus, teste Dauide Rosnyai, interprete Turcico, in vicissitudinibus rerum formidabilium regni Hungar. et Transilu. Mscto. Mortuo isto, an. 1570, rege Zápolya, Stephani et Christophori Bathoriorum, Transilvaniae Principum, immo Stephani ad regnum Poloniae iam euecti, archiatrum et consiliarium egit intimum\*, suumque interea, quem in Polonia et Transilvania fundauerat coetum, turpiter deseruit, opera PP. Societatis Iesu Romanae Ecclesiae reconciliatus, et nouissime nulli religioni intime addictus, a filio fratris, quem bonorum exasse heredem constituerat, in lecto iacens an. 1590. strangulatus est, quum prius cubitum concessurus optimo vino incaluisset. Praeter haec, Vitam eius omnium accuratissimam dedit Bayle, in Diction. Histor. crit. suo loco. Librorum catalogum exhibet bibliotheca Antitrinitariorum, cui nos vnum alterumue, qui ibi omissus est, adiicimus: at omnes ac singuli in Ind. Libr. prohibet. Bened. XIV. Clas. I. Append. Trid. atro carbone sunt notati.

B 3

1. Cate-

- \* Pro praestitis fidelibus seruitiis, excellentissimo Doctore suo medico, Blandratae, regem hunc Stephanum, tres quoque integras possessiones, in Comitatu Colosienfi Transiluanorum sitas, et quinque mille florenis aestimatas, iure perpetuo obtulisse, liquet ex diplomate laudari regis, Martini Berzevicei, Transilvaniae Cancellarii manu 1581. signato, quod rever. Steph. Kaprmai, Societatis suae, (iam extinctae,) iura illustraturus, in Hungaria Diplomatica p. 40. seqq. adduxit, truncatum tamen; nam et Originale, et in Conuentu Leleszienfi apographum adseruatum, Possessionum illarum nomina, Tyburcz, Kayanró, et Bogár telke fuisse, aperte, et totidem verbis indicant.

## OPERA.

1. *Catechismus ecclesiarum Dei in natione Hungarica per Transfluaniam, quae relicto papifico Deo quaternario, verbum Dei de sacrosancta Triade, uno vero Deo patre, et filio eius domino Iesu Christo, ac amborum Spiritu, amplexae sunt, simplicitateque pia ac puritate illud credunt ac profitentur.* Claudiopoli an. 1566. in 8. plag. 5. excusus et publicatus regiae Maiestatis ad sensu et voluntate. Liber hic sane rarissimus, Iohanni II. regi, nomine Seniorum ecclesiarum Hungaricarum, inscriptus est, praemissa ampliore dedicatione, non nisi truncata catechesis Palatina est: omissa enim integra prima catecheseos parte, et mediatoris nostri descriptione, incipit ab explicando Symbolo apostolico in quaestione XXIII, et sequentes ad finem vsque quaestiones, nihil immutatis verbis, latino idiomate recitat.
2. *Sedecim articuli de solo Deo patre inuocando.* Hoc scripto erotematice concinnato, et Francisco Dauidis mala fide supposito, effecit Blandrata, vt ille in Deuenses perpetuos detruderetur carceres eo, quod diuersam a se in inuocando Iesu Christo foueret opinionem, teste *Epistola Paulli Kárádi*, Superintend. Vnitar. Alföldensis d. 9. Nou. an. 1579. Temesvarino data. Scripti huius meminit etiam *I. Hoornbeck*, in Apparatu suo pag. 32. 46. vbi male Francisco Dauidis, vt auctori, adtribuit.

12. **BONANVS (PROCOPIVS)**, Doctor hic medicinae ex illustri Comitum Lippaiorum stemmate natus superiori seculo, camerae regiae archiatrum egit in metallifodinis Hungariae; quod diligentissimus esset rerum

rerum naturalium indagator, ab Archi-Episcopo Strigoniensi, Georgio Lippai, ad scrutandas naturae dotes, et absconditas montium fluminumque diuitias, in omnes regni partes exmissus est: quo munere dum defungeretur, composuit ingens rerum naturalium volumen, aeneis tabulis plus quam ducentis adornatum, quod *De admirandis Hungariae rebus* inscripsit, iam iam sumtibus Archi-Praefulis, Palatini Hungariae, et Comitis Nadasdy, in lucem publicam proditurum, ni praematura auctoris mors tantos conatus interuertisset. Vbi pretiosissimus iste liber manuscriptus lateat, nescitur; si in Austria, ubi mortuus esse creditur, producat ingentem hunc patriae nostrae thesaurum vicina nobis et amica natio, publico nomine maiorem in modum rogamus, immo per communia reipublicae litterariae sacra obtestamur. *Ephemer. Nat. CC. Dec. I. an. I. obs. 131. item ibid. an. II. obs. 28. Czuittinger, p. 227.*

13. BREVER (IOHANNES), auspicato prognatus est Leutschouiae, lib. regiaque ciuitate in Scepusio, patre Laurentio, reipublicae Leutschouiensis primi ordinis Senatore. Primis artium initiis in patria schola perceptis, Vittebergam exmissus, animum ad medicinae studium adplicuit, et an. 1664. d. 11. Octobr. summum in salutari hac arte gradum consecutus est. Post regressum ab oris exteris in patriam, non tam exercendae praxi medicae, quam excolendae augendaeue officinae typographicae, totis intentus fuit viribus. Familia haec Breueriana est, quae ab an. 1630. vltra integrum fere seculum Leutschouensem typographiam in ingens patriae emolumentum tanta cum laude curauit, vt characterum splendore facite ipsas exterarum nationum officinas, si non superaret, certe aequaret. Noui

Testamenti, immo totius sacri codicis editione a se procurata, sanctiorem rempublicam in sua gente beavit. Notissima huius typographiae Breuerianae, bis igne exustae, reliquias Michael Lintzing, Samuelis Sárdi, typothetae Cibiniensis, priuignus, vilissimo pretio ab heredibus Waxmannianis nuper admodum coemit, et in Transiluaniam locum habitationis deportauit. *Czuittinger.* suo loco.

## OPERA.

1. Disput. Praef. Sam. Hentschel, *de vita hominis*, Vitteb. an. 1661. 4. pl. 3.
  2. Disput. med. Praef. Schneidero, *de arthritide*. ibid. an. 1663. 4.
  3. Disput. inaug. med. Praef. eodem, *de ictero flauo*, ibid. an. 1664. 4. pl. 8.
14. BVZINKAI (GEORGIUS), Patrem sibi cognominem habuit, virum Nobilem, a quo genitus est in ipso plane superioris seculi fine, auum vero Michaëlem, in gymnasio S. Patakiensi, inde in Alba-Iuliacensi, multis annis Professore famigeratissimum. Postis tirociniis triualibus, perrecturus ad altiora, studiis, praeter litteras humaniores, primum theologicis, postea, ita suadente morbosa corporis constitutione, medicis animum addixit. Fundauerat non ita pridem, pro alendis studiosis gente Transiluanis, illustris Comes Franciscus Gyulai, pedestris militiae Hungaricae Colonellus, Breae stipendium, vt hunc filiorum suorum ephorum tanti beneficii redderet participem, in id an. 1729. ad perficienda coepta studia exmisit Gymnasium: expleto ibi anno altero, noster in oras Batavas transmigravit; Lugduni Batauorum, sed in primis Franeque-

rae, medica studia persecutus; heic loci an. 1733. d. 27. Febr. laurum doctoralem artis Apollineae obtinuit. Salutaris artis praxin vltra quadriennium Amstelaedami exercuit, inde ad patrios lares reuocatus, anno 1737. d. 8. Apr. Debrecinum adpulit, et prouinciam ordinarii Physici obtinuit, eamque ad dies vitae exornauit. Ad coniugium tardius animum adpulit, annos natus plus 39. duxit virginem, Michaelis Baranyi, ciuitatis nostrae annis plurimis iudicis primarii, filiam natu minimam, Claram, quae ei tres peperit liberos, Claram, viro nobili Stephano Dobozi sexagenario elocatam, Georgium, et Euam, singulos superstites. Triennio ante vitae exitum hemiplexia tactus, et cum marasmo senili conflictatus, die 17. Martii an 1768. diem obiit supremum, cui in exsequiis reuerendiss. D. Samuel Szilágyi, Superat-tendens Trans-Tibiscanus, ex Lucae IV, 23. 24. facundo ore parentauit.

## OPERA.

1. Dissert. historico-medica Praef. Muys *de venenis, eorumque antidotis*. Franequ. an. 1733. 4. pl. 9. Recensetur in Commercio Norico an. 1734. hebdom. 40. p. 318.
2. Theses inaugurales medicae XXXV. varii argumenti, Franequ. an. eod. in 4. plag. 1. Recens. in Commerc. Nor. an. 1734. hebdom. 42. p. 335.
3. *Az elveszett Bünösnek megkeresetése és megtartatása, és a' Krisztusnak barátságos hívogatása*. Amstelodam. 1735. 12. pl. 8.
4. *Rövid Oktatás, miképpen Kellesfék magunkat Praeservativák által a' Pestis ellen védelmezni, avagy a' Pestisben lévő Betegeket orvosolni*. Debretzen, 1739. 12. plag. 1.



15. CARCEVS (MARTINVS), Hungarus, in oppido maioris Cumaniae Kartzagujjszállása natus, anno 1660. Albo studiosorum togatorum collegii Debrecinensis nomen inseruit, fidelibus Georgii Martonfalvi, et Iohannis Debretzeni, Professorum, institutionibus vsus, primum S. Patakinum, inde in academias foederatorum Belgarum abiit, Lugduni Bat. substitit, et mox honores medicos an. 1671. obtinuit, breui post ibidem naturae debitum mature persoluit.

## OPERA

1. *Carmen honoribus Georgii Kováts Tatai, Herculem vere cognitum, Lugd. Bat. an. 1761. in 8. edentis, dicatum.*
  2. *Index rerum et materiae medicae, in Libr. I. Praeaeos medicae Francisci de la Boe Syluii, Lugd. Bat. an. 1671. in 12. Recusus saepius cum operibus Syluii.*
16. CSUZI CSEH (IOHANNES.) Pater ei Iacobus Csuzi Cseh, SS. Theologiae Doctor fuit, primum apud Loffontzienses, et post diuexationes Neapolitanas \* Debrecinensium quoque ecclesiastes discretissimus.

\* Insignis Confessor hic fuit, vnus e numero Testium Veritatis Hungariae, superiore seculo, qui a Praepotentibus Foederati Belgii Ordinibus, *numum symbolicum*, e duplici lamella argentea arte fabrefactum, uncias duas plus dimidia ciuili pondere pendentem, singuli acceperunt, posteaquam fortissimi Ruyteri opera, a triremibus, dira illa seruitute, liberati fuissent. Quod quia numifera, oppido rarissimum, prae manibus est, altumque apud Historiae sacrae scriptores de eo silentium, iuuabit, eius epigraphas duntaxat, batavo sermone expressam hic adscribere. In eo latere. quo Ruyteri, Architha-

tiffimus. Emenso in patria triuiali curriculo, Iohannes foederatorum Belgarum academias salutauit, theologica cum medicis feliciter coniunxit studia: nam postquam anno labentis seculi primo apud Franqueranos doctoreali in medicina ornaretur laurea, et anno sequenti redux factus in patriam, Atsini, uico comitatus Comaromiensis non infrequenti, ad sacrum ordinaretur ministerium, in ecclesia Helu. Confess. addictorum lauzinensi uerbum diuinum praedicauit, in tota uero non modo ciuitate, et ea quae circumiacet regione, praxin medicam exercuit, sed ipsas quoque Venetias salutans, multis ibi aegris, in curanda potissimum, in quo excelluit, podagra, praesentissimo fuit solatio. Sed utroque mox, quo per sexennium fere functus est, munere, semet dedita opera abdicauit, ut per uniuersam fere circumductare posset Europam, notissimum illud in possessione Szöny ad Comaromium an. 1701. natum *Monstrum bicorporeum uirgineum Hungaricum*, a parentibus pretio eo fini ad tempus coemtum; cuius historicam descriptionem dedit *Gerhard. Cornel. Drieſchius*, *historiae magnae legationis caesariae* libro I. pag. 41. seq. Vien. an. 1721. editae, nec non *Ettmüller*, adiecta icone, in dissert. *de monstro Hungarico*,

chithalassi efficta ad uiuum effigies uisitur, haec leguntur: DE RUYTER DIE DEN BRIT SYN MOET GETE VPELT HEEFT ALDVS DOOR MVLLERS HANDT INT GOVTEN SILVER LEEFT AO. MDCLXXVI, DEN XIV. IUNY. In altera uero parte, quatuor remes Neapolitanae conspiciuntur, sequentia leguntur: HIER STRYCKT HET BRITSCH GEVVILT VOOR NEDERLANDT DE VLAGH DIE ZEE HEEFT NOIT GEWAEGHT VAN ZVLKEEN ZWAEREN SLAGH.

garico, Lipsi. an. 1707. 4. anatomicam vero descriptionem cum duplici icone *Transaction. Philosoph. Anglic.* Vol. L. part. I. obs. 39. p. 311. Solam icona *Brückmannus* Centur. I. epist. itiner. 99. p. 32. Sed eius omnium accuratissima effigies mihi ad manus est, quam ipse *Csuzius*, summa cum accurate buxo incidendam curauit, quamque sequenti, prout poeta fuit non incelebris, ingenioso explicuit carmine:



*Corpora binarum sic concreuere sororum,  
Non nisi diuina dissocianda manu.  
Szöny patria est, vicus Comorae conterminus arci,  
Quae numquam Lunae paruit imperio.  
Amplexa est vlnis Helenam Lucina priorem,  
Horis deinde tribus nata Iuditha fuit.  
Exitus urinae patet unicus, unicus aluo,  
Observant numerum caetera membra suum.  
Misit ad ignotos tenuis fortuna parentum,  
Neu pereat tantae fama stupenda rei.  
Inter Iora Latent, neqVe Vnt abstrVsa VIDerI,  
EXIgVo totVm CorpVS In aere patet.*

Vbi iam triennii spatio naturae aberrationes in hoc monstro satis superque orbi vniuerso ostentasset, et ingentem vndique conuassasset pecuniae summam, rediit ex circumforanea hac et lucrifica peregrinatione ad priorem, quam ad tempus deseruerat, stationem, et prouinciam vtramque, sacri ministerii scilicet, et medicam, ad dies vitae, non sine laude exornauit. *Alchemiam* multum adamauit, nocturna diurnaque manu, vbi otium ad id suppeteret, sedulo tractauit, immo se vnum ex *Adeptorum* numero

mero esse inter amicos iactare non erubuit. Ultimum vitae diem, qui in annum 1733. incidit, certo praedixit futurum, et ita euenit. Coniugium bis iniuit: primum Franequerae, cum Doctoris cuiuspiam Medici vidua, feminae annosa, aet septuaginta mille et amplius florenorum diuite, quae maritum, morti iam iam vicina, omni facultate pecuniaria, nihil tale veritum, clandestino consilio exiit; alterum Iaurini, dum iam proecltiori esset aetate, cum virgine annorum fere XVII. Christophori *Ottii*, mercatoris Schaffhusani ex Helvetis filia, et post vota secunda, matre Iosephi Csapó, Med. Doctoris, et Collegae mihi coniunctissimi, ex qua vnicam non nisi filiam, *Deboram* nomine, sed ante pubertatis annos mortuam, suscepit.

## O P E R A.

1. *Isten eleibe fel-vitetett Lelki Aldozat, avagy diktator Könyörgések.* Iaur. an. 1736. 8. alph. 1. plag. 10. Nullus precum liber apud nos est, qui isthoc perfectiores contineat precum formulas.
2. *Tragoedia podagrica. A' Kórszvénynek rendszérent való folyásáról irt discursus.* MStum hoc versatur in multorum manibus in 8. plag. 5.
3. *Epimetroh ad Stephanum Helmetzi\**, dum is dissertat. de Miraculis Christi an. 1700. typis Franequeranis in 4. ederet. Propter carminis elegantiam, hic totum adscribimus:

*Christe,*

\* Hic Vir, erudito opere, *Igazság Párfja* inscripto, clarus fuit apud N. Körösienses V. D. M. et ab an. 1740. ad an. 1753. quo obiit, ecclesiarum Helv. conf. addictarum cis et vltra Danubium Superattendens.

garico, Lips. an. 1707. 4. anatomicam vero descriptionem cum duplici icone *Transaktion. Philosoph. Anglic.* Vol. L. part. I. obs. 39. p. 311. Solam icona *Brückmannus* Centur. I. epist. itiner. 99. p. 32. Sed eius omnium accuratissima effigies mihi ad manus est, quam ipse *Csuzius*; summa cum accurate buxo incidendam curauit, quamque sequenti, prout poeta fuit non incelebris, ingenioso explicuit carmine:



*Corpora binarum sic concreuere sororum,  
Non nisi diuina dissocianda manu.  
Szőny patria est, vicus Comorae conterminus arci,  
Quae numquam Lunae paruit imperio.  
Amplexa est vlnis Helenam Lucina priorem,  
Horis deinde tribus nata Iuditha fuit.  
Exitus urinae patet unicus, unicus aluo,  
Observant numerum caetera membra suum.  
Misit ad ignotos tenuis fortuna parentum,  
Neu pereat tantae fama stupenda rei.  
InterIora Latent, neqVeVnt abstrVsa VIDerI,  
EXIgVo totVm CorpVS In aere patet.*

Vbi iam triennii spatio naturae aberrationes in hoc monstro satis superque orbi vniuerso ostentasset, et ingentem vndique conuassasset pecuniae summam, rediit ex circumforanea hac et lucrifica peregrinatione ad priorem, quam ad tempus deseruerat, stationem, et prouinciam vtramque, sacri ministerii scilicet, et medicam, ad dies vitae, non sine laude exornauit. *Alchemiam* multum adamauit, nocturna diurnaque manu, vbi otium ad id suppeteret, sedulo tractauit, immo se vnum ex *Adeptorum* numero

mero esse inter amicos iactare non erubuit. Ultimum vitae diem, qui in annum 1733. incidit, certo praedixit futurum, et ita euenit. Coniugium bis iniuit: primum Franequerae, cum Doctoris cuiuspiam Medici vidua, feminae annosa, aet septuaginta mille et amplius florenorum diuite, quae maritum, morti iam iam vicina, omni facultate pecuniaria, nihil tale veritum, clandestino consilio exiit; alterum Iaurini, dum iam proecltiori esset aetate, cum virgine annorum fere XVII. Christophori *Ottii*, mercatoris Schaffhusani ex Helvetis filia, et post vota secunda, matre Iosephi Csapó, Med. Doctoris, et Collegae mihi coniunctissimi, ex qua vnicam non nisi filiam, *Deboram* nomine, sed ante pubertatis annos mortuam, suscepit.

## O P E R A.

1. *Isten eleibe fel-vitetett Lelki Aldozat, avagy dhitatos Könyörgések.* Iaur. an. 1736. 8. alph. 1. plag. 10. Nullus precum liber apud nos est, qui isthoc perfectiores contineat precum formulas.
2. *Tragoedia podagrica. A' Köszvénynek rendszérent való folyásáról irt discursus.* MStum hoc versatur in multorum manibus in 8. plag. 5.
3. *Epimetron ad Stephanum Helmetzi\**, dum is dissertat. de Miraculis Christi an. 1700. typis Franequeranis in 4. ederet. Propter carminis elegantiam, hic totum adscribimus:

*Christe,*

\* Hic Vir, erudito opere, *Igazság Parisa* inscripto, clarus fuit apud N. Körölienses V. D. M. et ab an. 1740. ad an. 1753. quo obiit, ecclesiarum Helv. conf. addictarum cis et vltra Danubium Superattendens.

*Christe, Patris Summi Soboles, et Virginis at-  
mae*

*Inclita progenies, Te vastae immobile Regem  
Agnoscat telluris onus, dum vile Creator  
Corpus habes, lapsisque paras solatia rebus,  
Te Dominum immanis tremat Aeolus, ipse se-  
cundum*

*Neptunus miratur iter, Tua numina sentit  
Liber et alma Ceres, Te tristi lumina nocte  
Aeternum damnanda vident; auresque pedesque  
Linguaeque, quod debent, faciunt; Te Tartara  
viso*

*In Phlegetontaeas properant cum murmure sedes.  
Omnia iam fient, iam constantissima leges  
Obiita est Natura suas; miracula Vatis  
Cedite legiferi, Pharias queis terruit vrbes,  
Quaeque graues laesi spirastis numinis iras.*

*Aeternaturis monumenta illustra fastis  
Helmecius sacrat, et tanti mysteria facti  
Eruit audaci calamo; doctissime, coeptis  
Euge insiste Tuis, patrii Tibi digna penates  
Dona ferent, at nos memori Tua nomina famae  
Tradimus, et faustis votis comitamur euntem.*

4. *Praxis medica Cruziana.* Auctoris manuale me-  
dicum, in quo vernacula lingua adnotatum  
est, quomodo selectis medicamentis, a se prae-  
parari et vendi solitis, adiecto vbique vitae regi-  
mine, singula morborum genera apte curari de-  
beant. MStum hoc, quod est in priuigni mani-  
bus, est plagg. 5. in 8.

17. DE DACIA (NICOLAVS) Hungarus, Ord. Praedicat. Theologus, Astronomiae et artis medicae peritus, circa an. 1464. De huius Manuscr. congerie anaglyphorum astronomiae facultatis, Iacobum Quetif, Tom. I. pag. 827. adeundum monet Fabricius bibliothecae med. et infim. aetat. Libr. XIII. pag. 329. Diuersus ab hoc est *Petrus de Dacia*, quem circa annum 1300, imperante Alberto Caesare, librum de calculo seu computo, item Calendarium contexuisse producit ex Trithemio Vossius, de scientiis mathemat. cap. LXVII. §. 23. p. m. 397. Hunc Petrus Bodius, in Athenis Hungaricis in supplement. pag. 349. lingua vernacula *Erdei Péter* nominat.

18. DIOSZEGI | (STEPHANVS) honestissimis parentibus Debrecini est in lucem editus: emenso studiorum in patrio lycaeō curriculo, anno 1723. d. 26. Apr. vnanimi togatorum commilitonum suffragio, in Seniore[m] societatis scholasticae electus est, quo munere rite defunctus, breui post in Belgicas oras se contulit, ad excolenda studia medica animum adplicuit, et expleto apud Ultraiectinos triennio, die 4. Febr. an. 1727. summos laurea[m] medicae honores consecutus est. Anno dum sequente ad patrios rediret lares, primum in comitatu Maramarosensi, gymnasii Szigethiensis rectoris munere per biennium, in ecclesia vero Csengerina per nouennium ministerio sacro, functus est: vitam ibidem clausit an. 1749.

## O P E R A.

1. Disputat. philolog. exegetica, praef. Millio, de *velamine oculorum Sarae, Gen. 20, 16.* Ultraiecti an. 1725. 4. plag. 2.

2. Disp.



2. Disp. theolog. mystica, de velamine oculorum Sarae, Gen. 22, 16. Ultrai. an. 1726. 4.
3. Dissert. med. De hydrope eiusque cura, ibid. an. 1727. 4. plag. 5.
4. Diss. inaug. med. De Causo. ibid. an. eodem in 4. plag. 2.
5. Succincta morbos curandi methodus, recentiorum aequae ac veterum praescriptionibus ac remediorum formulis, atque obseruationibus rarioribus aucta, suis auditoribus in domesticis scholis dictata. Ultraie-ti an. 1726. et 1727. in 8. alph. 2. Manuscriptum hoc illatum est in bibliothecam Debrecinensem. a morte auctoris, cum aliis nonnullis libris, testamento legatis.

19. DRACO. Hic circa initium seculi XII. fuit Colomani regis Hungariae archiater, exploratae fidei et magnae experientiae medicus, qui regis auribus, in nouissimo languore, tam pertinax admouit cataplasma, vt post reglutinationem ipsum cerebrum eduxisse crederetur. Ni latina gente satum memoriae prodidisset *Bonfinius* rer. Hung. decad. II. lib. V. Hungarum fuisse, et *Sárkány* adpellatum credidisset, quippe qui stilo sibi familiari, singula nomina Hungarica, *Székely*, *Kiss*, *Nagy*, *Vörös*, etc. latino idiomate *Siculus*, *Paruus*, *Magnus*, *Ruber* expressit. Illud *Bonfinius* de Dracone depromsit ex Chronica Hungarorum *Thuróczi* P. II. c. 62. Sed depromsit alia quoque quamplurima, atque anilibus fabulis, et exoticis rebus, veritatem historiae patriae obscuravit, vt loquitur *Ioh. Detsius*, *Barouius*, in Syntagmate Institutt. Iuris Imperialis et Vngarici, quatuor perspicuis Quaestionum ac Responsonum Libb. comprehenso, in ad-

nexa

nexa Praefat. edit. Claudiopolit. an. 1593. in 4. Idem in recentissima Bonfinii editione Liplientis an. 1771. monuit Editor *Belius*, Prof. Liplientis, et iam ante monuerat in dissert. de Maria, Húngariae non rege, sed regina.

20. **DVDITH AB HOREHOVITZA (ANDREAS)**, nobili in Hungaria ortus est genere. Auum habuit Iacobum, Wladislao II. Regi Hungariae a consiliis aulicis, patrem Hieronymum, strenuum martis alumnum, sed praematuris fati, commisso in quodam contra Turcos praelio, ereptum, cuius vxor nobilis femina Veneta, e Sbardellatorum gente orta fuerat. His parentibus natus est Budae an. 1533. d. 16. Febr. in tenera aetate patre suo orbatus. Puerum auunculus, episcopus Vaczienſis, postea archiepiscopus Strigonienſis, Augustinus Sbardellat, a quo Sbardellati nomen nostro adhaesit, vtrique Palladi, armatae illi ac litteratae, consecraturus, ex patria, decumanis bellorum fluctibus agitata, Vratislaviam, tranquillam Musarum sedem, subduxit. Hic dum Andreas pueritiae annos suauiter in studiis egisset, Italiamque an. 1550. adire constituit, Veronae substitit, in cuius agro, ad lacum Benacum, in contubernium et familiaritatem exsulantis Cardinalis Poli peruenit, a quo accuratissima commendatione munitus, labente tempore Venetias, ad audiendum P. Manutium se contulit. Tāntus sub illius manu ductione euasit Tullianae eloquentiae admirator, vt ter Ciceronem sua manu descripsisse perhibeatur. Ex Italia per Germaniam, Belgium, Galliam, proficiscentem in Angliam Cardinalem per ambages comitatus est: anno 1553. in itinere obuium Carolum V. Imp. Bruxellis salutauit; Elifabetham principem, postea Reginam, eleganti latino sermone adfatus
- C
- Londi-

Londini: post moram anni vnus Parisios ad' studia denuo reuertit, ibi Caninio, Mercero, Vicomercato, praeceptoribus vsus est; sed crebris amicorum sollicitationibus exstimulatus, rediit quidem in patriam an. 1557. et illico geminum accepit a rege beneficium ecclesiasticum, Praeposituram scilicet S. Trinitatis Félhéviziensem, Budae vicinam, et canonicatum Strigouiensem, ast vtrumque, impetrata prius Caesaris venia, mox deseruit, et anno sequente ad continuanda coepta studia in Italiam digressus est iterum. Patauii dum aliquamdiu audiendis summis viris, et variis vacasset scriptionibus, ad patrios lares fere inuitus rediit reuocatus, et mox elapso anno altero Imp. et Regis Ferdinandi benignitate in Episcopum Tininiensem eligitur, in Synodo autem Tyrnauisiensi, iussu Ferdinandi anno 1561. conuocata, Orator venerabilis Cleri Hungarici nomine ad Concilium Tridentinum mittendus decernitur. Hic recitatis in confessu Patrum quinque orationibus se reddidit quam maxime celebrem. An. 1563. vacantem a Kolosvari, sui muneris collegae, morte, episcopatum Clanadiensem ab suo rege, dum Tridenti adhuc ageret, benignissime obtinuit, quem mox anno eodem, relicto prius, ante solutionem Concilii, Tridento, cum Quinqueecclesiensi insula, Drafcovitzio Zagrabiam translocato, ex indulgentia Caesaris commutauit, et simul in Cancellaria regni munus ordinarii Secretarii obtinuit. Hoc dum administrat, a Maximiliano Imp. ad Sigismundum Poloniarum regem mittitur; et dum legationis officio defungeretur, mutato vitae genere, anno 1567. init matrimonium cum nobili, ex vetusta Stralfforum gente, virgine, Regina nomine: quo illustri facinore tantam sibi conflauit inuidiam, vt Larua, ipse procul ab igne, manu carnificis Romae in cineres verte-

retur:

retur. In Caesaris tamen gratia dum perseverat, res Augustae domus Austriacae, sub gemino Poloniae interregno, tanto cum ardore tuitus est, ut post electionem Stephani Báthori factam an. 1576, veritus sibi ab insidiis, toto regno excedere cogeretur; licet ante iam an. 1565. in comitiis Petricouientibus ius ciuitatis Polonicae acceperat, essetque Smiglae, oppidi aere suo emti in maiori Polonia dominus: Diuenditis his bonis, Bielicii in vicina Silesia primum, vna cum altera coniuge Elisabetha Sborouia, Comitissae Tarnouiae vidua, et reliqua sua familia confedit; mox dynastiam Pascouianam soluto pretio coemit, titulumque et iura Baronum Moraviae, ex indulgentia Caesaris Rudolphi, impetrauit. Sed tutiorem habitationis locum quaesiturus, an. 1579. Vratislaviam commigravit, vbi in otio tranquillo decem fere annos integros vixit, et vitae scenam clausit d. 23. Febr. an. 1589. aet. 56. quum triduo ante, mortis horam, sanus, certo praedixisset. Sepultus in Basilica S. Elisabethae Vratislaviensi; in excitato ab vxore monumento marmoreo, inscriptio sepulcralis iuxta dexteram altaris summi hodie dum ab omnibus publice legi poterit, legi ipse quoque an. 1756. mense exeunte Augusto, optime cum ea conuenientem, quam Czvittinger pag. 130. exhibuit. Vir fuit variarum linguarum, graecae in primis, ut et philologiae, philosophiae, matheseos, astrologiae, genethliacae, iuris ciuili, rei medicae, verbo, omnis polymathiae notitia clarissimus; in religione ecclesiacum se exhibere maluit Theologum. Posteaquam enim se ab ecclesiae Romanae coetu segregasset, licet vnaquaeque pars, prout diuersis imbuta est opinionibus, eum sibi ad sociare multis adlaboraret modis, nulli tamen Christianorum sectae ex toto semet addicere voluit, etli Socinianorum factioni omnium

fauentissimum certis superstitibus documentis se ipsum demonstraerit. Post Spondanum, Simlerum, Reuterum, et infinitos alios, vitam dedit Czvitinger, sed omnium accuratissime Schwartzius, qui scripta quoque, quam potuit diligentissime, recensuit, quorum feriem iam hic adscribere non pigebit :

## O P E R A.

1. *Dionysii Halicarnassei de Thucydidis historia iudicium*, ex Graeco latine redditum, et editum Venet. an. 1560. 4. Basil. an. 1579. etc. Plura vid. apud Fabricium Biblioth. Graec. Libr. III. cap. 32. Sect. 14. pag. 786.
2. *Vita Reginaldi Poli, S. R. E. Cardinalis et Archiepiscopi Cantuariensis*, ex Italico Lud. Becatelli in latinum versa, et honoribus Ferdin. I. Imper. inscripta, Venet. an. 1563. 4. plagg. 12. Recusa Londini an. 1690. 8.
3. *Orationes duae in Concilio Tridentino habitae*, altera 6. Apr. altera 16. Iul. an. 1562. Eas Fontidonius Nic. Olaho, archiepiscopo Strigoniensi, dedicauit, et edidit Venet. an. 1562. 4. Recusae Pariliis an. 1563. item a Reutero Offenbachii an. 1610. in 4. Prior exstat etiam in Act. Concil. *Harduin.* Tom. X. et *Philip. Labbei* Tom. XIV. posterior, de Calice laicis permittendo, in collectione Conringiana Helmstad. an. 1650. num. 14.
4. *Sententia de Calice laicis permittendo, in Concilio Tridentino d. 5. Sept. an. 1562. recitata.* Hanc Ellebodius Nic. Olaho archiepiscopo Strigoniensi, inscripsit, et edidit Patau. an. 1563. 4.
5. *Oratio panegyrica pro felicissima Sereniss. Maximiliani Bohemiae R. in Roman. Regem electione et coronatio*

ronatione, habita in Concil. Trident. d. 8. Dec. an. 1562.

6. *Sententia de Residentiae decreto, dicta Tridenti an. 1562. mense Decembr.* Has duas postremas ex MSto in Bibliotheca Leutschouienſi latitante, quod poſtea ad manus Belianas delatum eſt, ſua manu exſcripſit, et nominatas iam quinque Orationes, Tridenti recitatas, iunctim edidit, cum adnexa Praefatione ac Diſſertatione de Vita et Scriptis Dudithii hiſtorico - critica, Schwartzius, Halae Magd. an. 1743. in 4. plag. 19.
7. *Excusatio ad Sereniſſ. Rom. Imp. Maximilianum II. in qua rationes adfert, quam ob rem Episcopatu Quinqueeccleſienſi et aliis honoribus abdicatis, uxorem duxerit, ſcripta Petricouiae an. 1567.*
8. *Demonſtratio pro libertate coniugii, ſeu Matrimonium omnium hominum ordini ſine exceptione diuina lege permiſſum.*
9. *Epistolae ad Maximilianum Imp. coniugii cauſſa ſcriptae.* Hae cum prioribus duobus opusculis leguntur in collectione Reuteri Offenbachiana an. 1610. in 4. quam recenſet Schelhornius in Amoenit. Hiſt. eccl. et litter. T. II. pag. 401.
10. *Commentariolus de Cometarum ſignificatione.* Opera, et cum dedicatione I. M. Bruti, Cracou. an. 1579. recuſus Vratiſl. item Baſil. an. 1580. 4. Vratiſlauiae an. 1619. 8. Ienae an. 1665. 4. Vltraiecti an. 1665. 4.
11. *Epistola de Proteſtantium diſſenſione ad I. Wolfium ſcripta Cracouiae an. 1569. d. pentecoſtes.* Edita a Lavatero Hannou. an. 1610. 8. Recuſ. in Biblioth. Frat. Polonor. Tom. I. p. 515.

12. *Epistola de Trinitatis dogmate, in qua confessionem suae fidei edit*, scripta an. 1569. edita in Biblioth. Fratr. Polon. Tom. I. p. 523.
13. *Epistola de Protestantium diffidiis ad Theod. Bezam scripta* d. 1. August. an. 1570. Excusa Christlingae an. 1584. 8. Heidelb. an. 1593. 8. in Biblioth. Fratr. Polon. Tom. I. p. 516.
14. *Epist. ad Petr. Melium, pastorem Debrecinensem, Cracouiae d. 30. Ian. an. 1571. et altera d. 22. Sept. an. eodem.* Leguntur in Biblioth. Fratr. Polon. Tom. I. pag. 521. seqq.
15. *Epistola ad I. Lascium de Trinitatis dogmate, scripta Cracouiae d. 9. Iul. an. 1571.* edita s. l. 1590. 4. Groningae a Maresio an. 1647. in 12. In Biblioth. Fratr. Polon. Tom. I. p. 510. Recus. Belgice an. 1668. 4.
16. *Epist. ad Threcium s. l. et die an. 1571.* excusa inter Epistolas Remonstrant. pag. 32. epist. XV.
17. *Epistola ad Ios. Simlerum et I. Wolfium scripta Cracou. d. 7. Iul. an. 1572.* Alia ad Petr. Karoli, pastorem Magno-Varadiensem Cracou. Kal. Sextil. an. 1572. Exstant in Biblioth. Fr. Pol. Tom. I. p. 530. seq.
18. *Epistola ad Th. Erastum de Cometis, scripta Pascou. Cal. Febr. an. 1579.* Legitur excusa in collection. Dissert. de Cometis, Basil. 1580. 4.
19. *Epistola ad Zach. Vrsinum, Vratislauiam 28. Dec. an. 1579.* in qua Quirinum Reuterum ad se mitti petit pro filii sui instructore.
20. *Epistola ad eundem data ibid. 8. Iun. an. 1580.* gratias agit pro exmisso Reutero, et de quibusdam rebus negotium S. Coenae concernentibus  
Zach.

Zach. Vrsinum consulit. De his duabus Epistolis vid. Zach. Vrsini Oper. Theolog. Tom. III. pag. 815. seq.

21. Epistolae medici argumenti octo supra triginta, partim Pascouia, partim Vratislauia scriptae; exstant inter Epist. medicinales Cratonis, a Laur. Scholtzio collect. Francof. an. 1598. fol. recus. ibid. an. 1671. 8. et quidem ad Wenceslaum Raphanum XIX. in Libr. III. a. pag. 178. ad 222. ad Petrum Monauium XVIII. Libr. VI. a pag. 549. ad 585. ad Laurent. Scholtzium I.

22. Epistolas reliquas ad amicos et familiares, utpote Muretum, Camerarium, Metellum, Sequanum, Reineccium, Reuterum, Lipsium, Simonium, Praetorium, Ioachimicum, et alios scriptas, editas non minus quam ineditas, cum adfectis et supposititiis opusculis, operose quantum potuit recensuit, immo accurate haec omnia se aliquando publicaturum promisit *Schwartzius*, in *Vita et scriptis Dudithii* iam indicatis, dignus qui ex toto legatur.

21. ELISABETHA, Wladislai II. regis Poloniarum filia, in matrimonium Carolo Roberto, gloriosissimo Hungariae regi, an. 1320. collocata, inde Ludovici I. regis Hungariae mater, quum annum aetatis septuagesimum iam supergrederetur, incidit in desperatissimam paralyin, cum pertinacibus podagrae coniunctam insultibus; qui morbus, teste Le Febure, regis Galliae Chemico, in sua chemia, nullis cessit remediis, quoad aquam ex floribus roris marini cum spiritu vini alcoholisato digestis, ac ter vel quater, prout ab angelo vel alio quopiam genio edocta fuisse creditur, ipsa ex lege artis Budae in me-



ditullio regni destillaret, eaque languentes corporis articulos ablui iuberet: fecit hoc regina frequenter, et tota quasi viribus renouata, produxit vitam ultra annum aetatis, domesticorum historicorum fide, octuagesimum. Haec est aqua illa *Reginae Hungariae*, per vniuersum qua late patet orbem decantatissima, Gallis Eau de la Reine dicta, cui vires in curandis morbis incredibiles, calidiorum potissimum regionum accolae, adscribunt; eam in tantum *Zapata*, medicus romanus, laudibus extollit, vt pro vniuersali morborum medicina, in secretis medico-chirurgicis cap. II. pag. 56. venditare audeat. Formulam hanc, in qua salutaris isthaec aqua destillari per angelum docetur, aureis characteribus manu reginae Elisabethae propria consignatam, in Augusta bibliotheca\* Vindobonensi adseruari, veteri traditioni credit *Iohan. Georg. Hoyerus*, Nat. CC. Apollodorus, in notis ad *Blumentrostii Haus- und Reis- Apothecke*, cap. XVI. pag. 47. edit. Lips. an. 1716. in 8.

22. ELLEBODIVS (NICASIVS) patria Castelanus Flander, in Vniuersitate Patauina philosophiam et Medicinam magna cum laude docuit, Hungariam vero ingressus, in magna hominum celebritate Pofonii Medicinam exercuit, et factus est nouissime ven. capituli Pofoniensis Canonicus, ibidem peste sublatus, et in Basilica d. Martini tumulatus: cui

\* Dum haec in MSro opusculo hoc nostro legeret illustris *Kollarus*, Vir laude nostra maior, et illustrandis patriae rebus deditissimus, excussit omnes Bibliothecae Caesareae serulos, etiam abstrusissimos, formulam tamen eam non reperit. Edidit super ea re disert. criticam in *Wienerische real-zeitung* Partic. IV. pag. 51. an. 1770.

cui defuncto historicus Istvanfius, amicus integerimus, sequentes adfixit lugubres versiculos, quos ex vita Istvanfii, manu coeua Thomae Balasfi episcopi Bosnensis scripta, prout in codice MSto caesareo class. histor. profan. CCCCLXII. fol. 11. reperitur, illustriss. biblioth. Vindobon. Praefectus, *Franc. Ad. Kollár*, eruit, et nuper admodum publicavit in Supplem. ad Lambec. commentar. libr. I. pag. 714.

*Terrarum, oceanique vias, arcanaque coeli,  
Et quicquid rerum continet alma parens:  
Tum linguas omnes, Nicasi doctissime, noras,  
Non minus ut claris editus e Stagyris.  
Natura obstupuit, seque ut mage noscere posset,  
Te rapuit, sinibus occuluitque suis.  
Heu! sic tu raptus, sic nos te flemus ademptum  
Belgae, Germani, Pannonae, Ausonii.*

O P E R A.

1. *Oratio de auctoritate et necessitate Conciliorum, in Synodo dioecesana provinciali Tyrnauisiensi sub Ferdinando I. rege Hung. et Nic. Olaho, archiepiscopo Strigoniensi mense April. an. 1561. celebrata, recitata. Ex MSto protraxit Péterfy, et publici iuris fecit Sacror. Concil. Hungariae Part. II. pag. 135. seq.*
2. *Epistolae autographae XX. exstant in Bibliotheca Caesar. Vindob. ad Hugonem Blotium scriptae. Vid. Lambec. Commentar. Libr. I. pag. 117. editionis Kollarianae.*
3. *Epistolae ad Adrianum van der Mylen, consiliarium Regis Catholici, exaratae V. leguntur inter selectas*

Œtas Epistolæ clarorum Viror. a Belgis vel ad Belgas scriptas, Lugd. Bat. an. 1617. 8. quarum tres Patauii an. 1570. et an. 1571. reliquæ duæ Pofonii an. 1572. datæ sunt.

4. *Traſlatum de Natura Hominis, Nemeſii, antea Gregorio Nyſſeno attributum, primus Græce edidit e duobus Mſctis codicibus, et ad calcem Voluminis latinam verſionem adiecit.* Antwerp. an. 1565. 8. Recuſus nitidiſſime, cum eadem verſione, in Theatro Scheldoniano, ad duos Mſctos libros caſtigatus, et auſtus Præfatione et notis *Ioh. Felli*, Oxon. an. 1671. in 8. Saepius prodiit in Biblioth. Patrum, vt in noua Lugdunenſi Tom. VIII. pag. 619. De his et aliis Nemeſii editionibus conſulendus Fabricius Biblioth. Græc. Vol. VII. p. 551. Bayle Diction. Hiſtor. critico in voce *Nemeſius*.
5. *Orationem Andr. Dudithii de Calice laicis permit- tendo, in Concil. Trid. d. 5. Sept. an. 1562. dictam, primus in lucem edidit Patau. an. 1563. in 4.* quam honoribus Nicolai Olahi, Archiepiſcopi Strigoniensis, inſcripſit. Hanc cum reliquis Dudithii Orationibus, et adnexa Ellebodii Dedicacione, recuſam dedit clariff. *Schwartzius*, Hungarus Iglouienſis, Halæ Magd. an. 1743. 4. pag. 29. ſeq.

23. **FABVSCHI (GEORGIVS)**, Med. Doctör, Incl. Comitatus Saroſienſis circa initium Seculi XVII. phyſicus ordinarius, cum annuo quinquaginta florenorum ſtipendio, teſte epiſt. autographa ad Generoſ. D. Sigismund. Kapy, Eperjeſſino die 5. Apr. an. 1601. ſcripta; Magnifici vero Domini, Nic. Turzo de Bethlenſalva, Comitatus Scepuſienſis, Lib. Baronis in Bajmotz, Sempte, et Temetvin, Aulae Medi-

Medicus. Huius filiam Susannam, iam an. 1617  
 orphanam, Nanticouius, scholae Cremnitzienfis Con-  
 rector, duxit in matrimonium. Quum Reu. Ezechie-  
 lem Hebsaccerum, Ecclesiasten Eperieffiensem, ex  
 graui quopiam morbo curare inciperet, pulcre lau-  
 des eius decantauit Ioan. Bocatius, Hungaridum Libr.  
 V. pag. 425. edit. Bartfens. an. 1599. in. 8.

*Conuenere duo Medici, quorum haud tamen una  
 Conditio: ast decus est huius et huius idem.  
 Iste animas curare solet, sed corpus hic: ambo  
 Dant miseris medica pharmaca certa manu.  
 Ille salutes in templo porrigit escas,  
 Hic leuat in variis corpora fracta locis,  
 Alter ut est verbis, sic herbis alter in arte  
 Paeonia clarus: curat uterque suos.  
 Aegrotos prohibent ne fors Charontis ad urnam  
 Ad Stygias rapti triste vehantur aquas.  
 Restituunt vitam, lassasque in pristina vires,  
 Consilium praesens auxiliumque ferunt.  
 Sed quoniam gnarus manalcis pellere morbos  
 Corpore languorem et morbida fata gerit,  
 Corporis atque animae Medicinae, o Christe! repertor,  
 Alter ut alterius, da, modo, viuat ope.  
 Tu coecis oculus, pes claudis, vita necatis,  
 Aegrotis sanum corpus es, ergo faue.  
 Sic Hebsacceri verbis, herbisque Fabuschi,  
 Flos Ecclesiolae crescat in orbe tuae.  
 Mutua et amborum sic ars te, vere Machaon,  
 Laude super terras et super astra vehat.*

24. FISCHER (DANIEL), Kesmarkini, patre Michaelae Fischer, Ecclesiae Aug. Confess. pastore primario, an. 1695. d. 9. Nou. genitus. Vnica dum esset parentum cura, rudimenta litterarum in patria edoctus, mature in altiores exterarum nationum scholas, augendae eruditionis causa, missus est, Medicinae studio consecratus. Ab ea Facultate, cum laude, et patris gaudio, Vittebergae an. 1718. summum gradum accepit in Medicina: patrios lares repetens, et luculentam praxin clinicam exercens, a Primoribus ciuitatis Caesareopolitanae primum, postea vero a Liptouiensibus et Scepusiensibus oblatum sibi ordinarii Physici munus, capessuit, quod utrobique ad extremos vitae dies cum adplausu gessit. Apud Nicolaum quoque Comitem Csáky, Magno - Varadiensem Episcopum, qui ad Archiepiscopatum Strigoniensem postea translatus est, fidelissimum egit archiatrum. Anno 1719. d. 18. Octobr. in Collegium Academiae Imper. Nat. Cur. adscitus, *Caji* agnomen accepit. Mortuus est an. 1746. ex morbo patriae endemio, *Csömör* dicto, quem ex esu piscium auido Debreztzini contraxerat, quum Varadino domum a Praefule dimissus, per urbem nostram iter faceret. Fuit praeterea Dynastiae quoque Pleffenensis, S. R. I. Comitibus de Promnitz, Physicus prouincialis. Insignia nobilitatis Hungaricae Fischerianae, aeri incisa, exhibet *Burgstaller*, inter Insignia nobil. familiar. regni Hungar. in Mantissa. num. 16.

## O P E R A.

1. *Tentamen Pneumatologico - physicum de mancipiis diaboli, seu Sagis.* Vitteb. an. 1715. 4.

2. *Commentationes physicae de calore atmosphaerico non a Sole, sed a pyrite feruente deducendo.* Budissae an. 1722. 4.
3. *De Terra medicinali Tokajensi, a Chymicis quibusdam pro solari habita, Tractatus medico-chemicus.* Vratislav. an. 1732. 4. plag. 19. Recensetur in Act. erud. Lips. Supplement. Tom. X. pag. 307. In compendio exhibet Bruckman. Epist. 8. Centur. III. pag. 69.
4. *De Remedio rusticano, Variolas per Balneum primo aquae dulcis, post vero seri lactis, feliciter curandi, in Comitatu Hungariae Arvensi cum optimo successu adhibito, Commentatio.* Accedunt I. *Relatio de Variolis annor. 1740. 41. 42. durante grassatione Pestilentiae verae in Hungaria epidemice grassantibus.* II. *Observationes de usu lactis dulcis interno, in Variolis propria experientia notatae.* Erfordiae, sine anno, in 4. plag. 18.
5. *Epistola inuitatoria, Eruditis Pannoniae dicata, qua ad Acta Eruditorum Pannonica, res et euentus naturales, ac morbos patrios exponentia, edenda perhumaniter inuitantur.* Brigae Silesiorum an. 1732. 4. plag. 4. Recensetur in Commercio litter. Norico an. 1732. hebdom. 45. Libelli raritas, et argumenti dignitas, suadet, vt salutare hoc Auctoris institutum Popularibus meis in compendio heic loci exhibeam. Acta haec erudita Pannonica in tres classes erant disponenda: in prima res naturae obuiaae historice et physice describendae; in secunda eodem, quo classe prima, modo, rerum naturalium euentus tradendi; in tertia morbi epidemici aequae ac endemii et sporadice grassantes consignandi, ea quidem lege, vt primo historia morborum medica ad eum fere modum traderetur, vt voluit Stahlius in  

Program-

Programmate de histor. medica , diss. de Vena portae porta malorum praemisso, aut Hoffman, in Med. rat. Syst. Tom. III. Sect. I. cap. 3. deinde ex ipso huius Historiae fonte Corollaria, confectionaria medico-physica, et cautelae practicae fuissent eliciendae, et postremo loco appendix subiungenda, vt, quae dictarum classium ordini adscribi non potuissent singulares rerum medico-physicarum obseruationes, inuenta, simul et anatomicorum chemicorumque, neque non Oeconomiae matheseosque, sed ea tantum, quae viris patria aut natione Hungaris, etsi apud externos summa cum laude munia gerentibus, ortum et natiuitatem debent, proponerentur. Adfuit illustri. nostri conterranei, *Fr. Ad. Kollarii*, Vindobonensis Caesarei Bibliothecarii propositum, quod an. 1763. nobiscum quoque scripto tenus communicauerat: inuitauit quippe perhumaniter vir hicce bono publico natus Eruditos patriae, ad ineundam quandam societatem litterariam, quae in Historia Hungariae naturali, oeconomica, et ciuili, illustranda occuparetur. Dolendum est maximopere, viros eruditos Hungariae in huiuscemodi Sodalitium litterarium, ita inuidens fatibus, numquam in hunc vsque diem coalescere potuisse.

6. *Descriptio Lapidum granatorum in Carpatho Scypusensi inventorum.* Legitur in Magnal. dei in Loc. subter. Part. I. pag. 1003. apud Bruckmannum.
7. *Observationes Ephemeridibus Acad. Imp. Nat. Curios. insertae:*  
Centur. IX. Observ. 50. *Anatomia hydropicae.*

Centur.

- Centur. IX. Observ. 51. *Anatomia feminae fe-  
bri secundaria labo-  
rantis.*
- Observ. 52. *Anatomia pueri Varioli-  
lis extincti.*
- Observ. 53. *Lienteria Lunae moti-  
bus auscultans.*
- Observ. 54. *Sanguis post partum  
non per loca solita,  
sed per ulcus cancro-  
sum mammae fluens.*
- Observ. 55. *Hydrops diureticus cu-  
ratus.*
- Observ. 56. *Historia partus diffici-  
lis, et symptomatum  
eum comitantium.*
- Observ. 57. *Remedium abortus.*
- Observ. 80. *Anatomia pleuriticae  
mulieris.*
- Observ. 81. *Lapis Bezoar in Dama  
reperitus.*
- Observ. 82. *Aquarum petrefactio.*
- Volum. I. Observ. 143. *De sanguine menstruo  
philtri loco propinato.*
- Volum. V.] Observ. 36. *De rarissimo abscessu  
sanguineo in sinistro  
lobo pulmonum.*
- Observ. 37. *De morte subitanea ex  
ruptura rami arteria-  
rum coronariarum.*
- Volum. VIII. Observ. 31.  *Sectio anatomica Iuue-  
nis febre hectica de-  
functi.*



*functi*. Laudantur hae Obseruationes passim a Morgagno, in Caulis et sedibus morborum per anatomem indagatis.

8. *Relatio de fulgure, tonitru, et fulmine. De infolito quodam phaenomeno Kesmarkini die 10. Aug. hora noctis 9. an. 1717. viso. De oleo Carpathico. Delineatio Libani Carpathici. Historia V. D. M. Belensis hydropici, ope ligni Korszodrevina in cineres redacti curati, et plures huiuscemodi Obseruationes leguntur insertae Collect. Vratislauiensibus.*

9. *Tractatus de Diaeta et Morbis Monialium: promissus in Miscell. Med. Phys. Mathem. Büchneri an. 1728. pag. 973. Tractatus tripartitus de renouanda Medicina, et Obseruationes Clinicae, promissa sunt in Remedio rusticano. Hi libelli, mihi numquam visi, an editi sint, dubito.*

10. Inuenta Fischeriana in Medicina sunt: 1. *Puluis Bezoardicus Kesmarkiensis.* 2. *Spiritus Nitri Bezoardicus Fischerianus.* 3. *Essentia Carpathica.* 4. *Essentia Ligni Carpathici contra vertiginem.* 5. *Elixir antiuenerereum Fischeri.* Praeparata haec illata sunt in officinas pharmaceuticas Kesmarkienses, S. Nicolai, et alias in Scepusio.

25. FROELICH (DAVID). Kesmarkinum, Lib. regiaque ciuitas genuit eximium hunc sui aevi et Medicum et Mathematicum. Patrem suspexit Iohannem Froelich, Philologum et Astrophilum non incelebrem, Ludi litterarii Leibitzenfis, in Oppido iuris Polonici Scepusiensi infra Popradum amnem sito, Moderatorem diligentissimum. Eam ille nominis celebritatem vario eruditionis adparatu adsecutus est, vt

est, vt Sa. Caesareae Regiaeque Maiestatis per Regnum Hungariae Mathematicus regio constitueretur stipendio. Elogium, quod Trewius, Altdorfensium Professor, editae illius Bibliothecae peregrinantium praefixit, scite admodum sequenti carmine declarat, fuisse virum omni diuinarum genere instructissimum:

*Posse Mathematicum non artibus esse peritum*

*In reliquis, Momo credula turba putat.*

*Tu vero, Lector, praesentem hunc adspice Librum,*

*Nam te longe aliud littera quaeque docet.*

*Thejologum, Historicum, Linguis catum, et arte  
Sophorum*

*Cernes, et Medicum, denique Iuridicum.*

*Mutua namque sibi coniungunt brachia Musae,*

*Nec nisi iuncta aliis aduenit vna viro.*

*At tu nunc reliquis etiam artibus esse politum*

*Posse Mathematicum, liuida turba nega.*

O P E R A.

1. *Medulla Geographiae practicae, peregrinantium in primis vsui, deinde Historiarum et rerum hoc tempore bellicosissimo gestarum gerendarumque plenariae cognitioni, accomodata.* Bartfae, sumtibus Barthol. Bertram, Apothecarii, et Senatoris Kesmarkiensis, Soceri sui, an. 1639. 8.
2. *Der Uralte Deutsch, Ungarische, Zipserische, und Siebenbürgische Landsmann, das ist: Vorläuffer der neuén Ungarischen Chronic.* Leutschov. an. 1641. 8. Matthias Belius in latinum transtulit, et inseruit Apparatu suo ad Histor. Hungar. Decad. I.

Mon. IX. sub tit: *Prodromus maioris Chronici Hungariae.*

3. *Chronologia Pannoniae.* Huius ipse Auctor meminit in suo Viatorio: in illa continetur accurata, vt loquitur l. c. *Hungariae Descriptio.* Querimus in hunc vsque diem, opus Patriae vtilissimum sub vmbra iuisse cimberias.
4. *Hemerologium in computum ecclesiasticum, siue Calendarium perpetuum, redactum stilo tam nouo, quam veteri, et coelo ac solo Pannonico accommodatum, principaliter pro priuatis cuiusuis necessitatibus etc. destinatum.* Bartfae an. 1644. 4.
5. *Bibliotheca, seu Cynosura peregrinantium,* id est, *Viatorium omnium hactenus editorum absolutissimum.* Voll. 2. Vlmae an. 1644. Pars I. Alph. 2. pl. 10. Pars II. totidem. Quam Czvittinger l. c. vberius describit.

26. GALEOTVS MARTIVS, Narniae natus in Vmbria Seculo XV. peregrinatus est per Germaniam, Hispaniam, Bohemiam, et Hungariam, neque magno opere certo aliquo loco consedisse dici potest: Bononiae tamen circa an. 1462. longiori tempore docuit bonas litteras, Rhetoricam puta et Poeticen. Idem fecisse scribit *Voffus* de Hist. Lat. Lib. III. p. 660. in priuatis quoque Pannoniae scholis. De Strigoniensi id testatur *Sigism. Torda*, in Epist. nuncupatoria ad Maximil. II. Imp. Libro Galeoti Martii, de dictis et factis Matthiae regis, praemissa. Propter vniuersalem disciplinam, et facundiam lepidam et iocosam, plerisque Principibus, potissimum Regi nostro Matthiae Coruino, acceptissimus fuit, qui eum non modo filii sui Ioannis praeceptorem et ephorum, sed ante Thaddaeum Vgoletum et Bartholo-

tholomaeum Fontium, Bibliothecae quoque publicae custodem, vt et conscribendarum Epistolarum suarum Magistrum, creberrimumque itineris sui comitem, esse voluit. Vt ab omni doctrinae genere fuit instructissimus, ita rei quoque medicae callentissimus; immo medicinam exercuisse ipse testis est in Libr. de promisc. doctr. cap. 15. pag. 140. \* Iani

D 2

nostri

\* *Wallaszkius* V. Cl. in tentam. hist. litter. sub *Matthia* Coruino p. 40. candide fatetur, se non plures erudere potuisse Medicos, qui *Matthiae* regis aetatem ornassent, quam *Iulium Aemilium*, *Christoph. Gallum*, et *Barthol. Montagna*; hos Iani Pannonium commemorasse. Nos hic quartum adiungimus; etiam quintum protrahemus e latebris, et in sequente Centuria, fide diplomatum, Archiatrum regis docebimus. Alium quoque Medicum versatum in regis aula fuisse, legimus in *Epistolis Matthiae*, *Cassoviae* an. 1743. in 8. editis Epist. 37. vbi ipse rex Episcopum *Casertanum* adpellat, quem focero suo, *Ferdinando* regi *Siciliae*, de meliori nota commendat, eo quod in restituenda sibi sanitate diligentem in sede regia nauarit operam, simul virum probum, et artis medicae, quam professus esset, peritum atque expertum nominando. Sed et septimum *Matthiae* temporibus in *Hungaria* medicum vixisse, *Michaelem Varadi*, discimus ex *Eggeveri* fragmine panis, prout id in hac ipsa Centuria vberius *Articulo 96.* declarabitur. *Philippum* quoque *Valorem*, hominem medica scientia non leuiter tinctum, his nouissime adiiciendum puto: hunc *Ficinus*, cum libello de vita longa coelitus comparanda, *Florentia Budam* eo fini miserat an. 1489. vt regi prosperae valetudinis prolongandaeque vitae praecepta medica, ex siderum in terrestria corpora imperio deriuata, (quam stultitiam nunc merito rident docti homines,) viua quoque voce inculcarer; cuius vberiotem notionem *artic. 65. num. 15.* suppeditaturus sum. Si *Wladislai* regis tempore an. 1516. praeclarissimos Medicos *Budae* generali Primatum et Procerum conuentui interfuisse constet, quorum quatuor celebriores *Phrygeanus*, de salute sua consulturus, conuocauit, (vt memoriae

JJ-794

nostri Pannonii, vt id saltim commemorare liceat, fuit Ferrariae in Italia syntrophos, studiorumque socius, ac in poëticis institutor, tota vero vita amicus integerrimus, quod Montegna, celebris Pictor, pulcre adumbravit, dum vtrumque in vna effinxit tabula, prout id *Ianus* noster Elegia XVI. Oper. poëticor. edit. Budensl. an. 1754. pag. 195. grato commemorat animo :

*Qualem Pellaeo fidum cum Rege sodalem*

*Pinxit Apelleae gratia mira manus.*

*Talis cum Iano tabula Galeottus in vna*

*Spirat inabruptae nodus amicitiae.*

*Quas Montegna igitur tanto pro munere grates*

*Quasue tibi laudes nostra Thalia canet?*

*Tu facis vt nostri viuant in secula vultus,*

*Quamuis amborum corpora terra tegat.*

*Tu facis immensus cum nos disternat orbis,*

*Alter vt alterius possit vt esse sinu.*

*Nam quantum a veris distant haec ora figuris,*

*Quod nisi vox istis desit imaginibus? etc.*

Ob dis-

moriae prodidit *Manardus*, regis Archiater, epist. medicinal. L. V. ep. I.) vero simile videtur, longe plures profecto Matthiae aetate Budam, regiam Pannoniarum ciuitatem, et vniuersum regnum, incoluisse Medicos; quandoquidem Manardi tempore, studia litterarum inter Hungaros, regis incuria, fere interciderant, ita vt se quasi veterno oblitum Budae inter Scythas queratur doctissimus hic Medicus, l. c. L. III. ep. 3. Vnde non vana mihi enascitur suscipio, *eruditum* quoque *sodalitium litterarium Budense*, iam eo tempore, igitur ante cladem adhuc Mohaclianam, dissolutum paene fuisse.

Ob disseminatas, in Libro de Incognitis vulgo, paradoxas in religione opiniones, tantam accusatoris Cleri sibi conflavit invidiam, vt in tetros Venetiis compingeretur carceres, in praesentissimoque et vitae et bonorum omnium versaretur periculo, et non nisi Xysti, summi Pontificis, Matthiae regis, et Ioannis Vitéz metropolitae Strigoniensis iunctis operis, aegre liberari potuerit. Tam vasto fuisse dicitur corpore, vt rheda curruli vt plurimum vehi debuerit; factumque est dein nouissime, vt ad montem Anianum, circa Ateste, repente suffocaretur, vt vult Iouius, in Elogiis doctor. Viror. suo loco pag. m. 90. Quod Valerianus Libr. I. de Litterat. infelic. refert, eum in itinere ad Lud. XI. Galliarum regem mortem oppetiisse, dum ex equo descenderet, in terram graui lapsu prostratus, id nuperus Auctor, qui sub litteris F. X. S. A. latere voluit, falsum esse dicit, in Dissert. de Biblioth. Budensis Matthiae Coruini, ortu, lapsu, interitu, et reliquiis, Vindob. an. 1766. in 4. Fatendum est, anonymum hunc optime omnium Galeoti vitam contexuisse pag. 17. seqq.

O P E R A.

1. *De egregie, sapienter, et iocose dictis et factis Matthiae Regis, ad Incl. Ducem Ioannem, eius Filium.* Viennae, curante Sigismundo Torda, an. 1563. 8. Recuf. ibid. an. 1723. 12. Legitur inter Scriptor. Rer. Hungar. Francof. an. 1600. in fol. et in collectione Schwandtn. Tom. I. pag. 5. ed. et Casfouiae, cura Ioan. Bocatii an. 1611. 8. sub titulo, *Salomon Hungaricus*, et alias saepius.
2. *De Homine interiore, et eius partibus Libr. II.* sine an. et loco. in fol. putantur tamen Venet. circa an. 1476. editi. Dicati sunt Ioanni, Archiepiscopo

Strigonienſi. Quod Laurentium Vallam acerbè caſtigauerit, Georgius Merula ſcripſit *Annotatio- nes in Galeottum*, hae cum illis coniunctim pro- dierunt, adiecta *Obiectorum Refutatione*, quam Ga- leottus Merulae oppoſuit. Mediolan. 1490. in fol. Baſil. 1517. 4. Oppenheimii an. 1610. 8. Francof. an. 1619. 8.

3. *Liber de incognitis vulgo Libri III. ad Matthiam Coruinum Regem*. Exemplar Mſctum. Oporino quidem ſublatum, qui illud edere voluit; at ex- ſtant tamen alia exempla in Mſcto, in regia Tau- rinenſi, et ciuica Vindobonenſi, Bibliothecis.
4. *De Doctrina promiſcua Liber, varia multiplicique eru- ditione refertus*. Florent. an. 1548. in 8. Lugd. Bat. an. 1552. 12. Francof. an. 1602. 12. et Ita- lica Florent. an. 1615. 8.
5. *De Sacra moralique Philoſophia, nec non De Aſtologia ad latinitatem reuocata, et Commenta- rios in Virgilium*, ſcribere fuiſſe meditatam, ipſe de ſe teſtatur in *Libr. de Homine*, tit. de *peſtore*.

27. GENSEL (IOAN. AD.) Ortum eius ſibi Sempro- nium vindicat, quod eum an. 1677. d. 26. Oct. in lucem editum excepit. Pater fuit Cornelius Gensel, patricius Sempronienſis, mater vero Iuditha, viri nobilis, et Iudicis vr bani, Georgii Melchioris de Zu- anna, filia. Humanioris litteraturae et philoſophiae adminiculis in patrio ludo per gradus conquiſitis, anno aet. 17. Salanam adiuuit Vniuerſitatem, in qua animum propius ad S. Theologiae culturam adpli- cuit, ſed ob imbecillam corporis conſtitutionem, ex ſuorum conſilio, mentis medicinam cum corporis medela commutauit; in quo ſtudio tantas breui fe- cit progrefſiones, vt an. 1699. de Iſchuria, morbo  
geni-

genitoris emortuali, doctam Praef. Wedelio publicavit Disputationem. Relicta Iena Italiam inuisens, Bononiam, Florentiam, Romam perlustravit; Patavii per biennium, doctrina, colloquio, et conuersione virorum ea aetate doctissimorum gauisus est, Consilarii anatomici munere bis defunctus, mox Incl. Nationis Germanicae Artistarum Vice-Syndicus electus, postea ad Aloysium Mocenigum, Venetorum recens constitutum Ducem, delegatus, Nationis Germanicae nomine vota fecit, et honorificum ab eo Equitis d. Marci titulum reportavit. Inde Caesarem Legatum, Comitem de Bercka, Venetias aduentantem, submissa gratulatione excepit. Tulit nouissime praemium suae in arte medica diligentiae an. 1703. quum a Senatu academico Philosophiae et Medicinae Doctor crearetur. Atque ita Purpura Doctorali inuestitus, in patriam tellurem gressus reuocauit, apud Eisenburgenses primum, postea Sempronienfes, se in arte clinica exercere coepit, et mox heic loci an. 1709. Poliater, labentibus annis Comitatus Castriferrei Physicus prouincialis, nec non celsiss. S. R. I. Principis Eszterházi personae Medicus constitutus est. Anno currentis seculi duodecimo, die 1. Febr. in Academiam Imper. Nat. CC. sub Diodori I. nomine, singulari suo merito coopatus, biennio post d. 31. Iul. nominatae statim Academiae Adiunctus Praefidi declaratus, et mox in membrum regiae Societatis Scientiarum Berolinensis electus est. Longa tunc tabe fatigatus, obiit 31. Aug. an. 1720. qui sibi viuus tale posuit Epitaphium:



*Multos olim iuandos antidotis iuans*

*Fati necessitate nondum occupator,*

*Se vero eadem praeuentum iuuare*

*Voluit, debuit, non potuit,*

*. Ortus, mortuus, oriturus.*

Quantus Curiosorum Academiae fuerit Patronus, certo id est documento, quod per legem testamentariam constituerit paullo ante obitum, vt quotannis redundantes ex Legato sex mille florenorum imperialium vsurae, in eiusdem impenderentur emolumenta: at pio hoc Genselii Legato quam difficulter, et quam sero, non nisi anno demum praesentis seculi quinquagesimo primo, Societas ista frui potuerit, pluribus verbis enarrat Büchnerus Praefes, in *Histor. Acad. Nat. Curios. Sect. IX. §. 176.* Haec munifica testatoris liberalitas, vt in omne aeuum propagaretur, ex Academiae decreto sacrum Parentale recitauit Ioan. Mauritius Hoffmannus, insertum *Append. Ephemerid. Nat. CC. Centur. IX. et X. recusum in Bibliotheca Mangeti Scriptor. Medic. Libr. VII.* Büchnerus vero Bibliothecam in vsus Augustae Societatis publicos Erfordiae instauraturus, in eius Inscriptione, quam in superiore vestibuli parte adfixit, Genselianum nomen sequentem in modum immortalitati consecrauit:

Auspiciis

Augustissimi Romanorum Imperatoris

CAROLI VI.

Pii, clementis, fortis, magnanimi,

Bibliothecam hanc

a Ioan. Iac. Baiero A. S. R. CIO IO CC XI.

inchoatam et fundatam,

ac post eius obitum CIO IO CC XXXVII.

Norimberga huc translata,

aemula

Dnn. Collegarum Acad. Nat. Cur.

aliorumque fautorum liberalitate,

maxime vero redditibus annuis

ex

LEGATO GENSELIANO

auctam, instructam, et exornatam,

publicis vsibus aperuit

Andreas Elias Büchner

A. R. S. CIO IO CC LII.

OPERA.

1. Dissert. Med. Praef. Wedelio, *'Aegrum' Ischuria laborantem exhibens.* Ienae an. 1699. 4. plag. 2½.
2. *Theses Philosophico-medicae, Sacrae Regiae Maiestati Iosepho I. Romanorum Imp. dicatae*, pro summa in Philosophia et Medicina Laurea consequenda, imponente eam Excell. Bernardino Ramazzini, Profess. Patavii an. 1703. in folio regali maximo c. fig. aen.

## 2. Obseruationes Ephemeridibus Nat. Curiosior. insertae:

Centur. I. et II. Obs. 193. *De procidentia uteri totali quoad fundum, cum febre maligna. Recusa ex toto in Act. Erudit. Lips. an. 1716. mense Maio.*

Obs. 194. *De procidentia oculi dextri quoad totum.*

Obs. 195. *De pica virili, seu inordinato appetitu rerum vitiosarum et a natura humana alienarum, ac inedibilium.*

Centur. III. et IV. Obs. 48. *De Febri maligna summe periculosa, etiam quasi desperata, in qua τὸ Θεῖον emicuit Hippocraticum.*

Obs. 49. *De conceptione in somno.*

Obs. 50. *De Hydrophobia.*

Obs. 51. *De Haemorrhagia penis.*

Obs. 134. *De pilorum defluuio totius corporis.*

Centur. VI. Obs. 84. *De caruncula urethrae in lue venerea.*

Obs. 85. *Anatomica de Submerso.*

4. *Constitutio epidemica inferioris Hungariae an. 1711. 1712. 1713. cum historicis et meteorologicis obseruationibus. Leg. in append. Ephem. nat. CC. Centur. VII. et VIII. pag. 1. seqq.*

5. *Elogium Med. Doct. Caroli Raygeri, Acad. Leopoldino Caes. Nat. CC. Collegae et Praefici Posonienfis.* In Append. Ephem. Nat. CC. Centur. VII. et VIII. p. 193. seq. Recus. in biblioth. Scriptor. Med. Mangeti Tom. II. part. 2. pag. 37. seqq.
6. *Thea Hungarica, eiusque cultura.* Kundmann Rarior. nat. et art. Sect. II. Artic. 18.
28. GÖRGEI (PAVLIVS) Medicinae Doctor, et felicissimus in partibus superioris Hungariae practicus, in Incl. Comitatu Vnguariensi apud Kapossiensium coetum ab an. 1654, quo ab exteris oris reuertit, sacri concionatoris munere functus est, ad annum vsque 1670. quo factorum iniquitate, prout ea erant tempora, id effectum est, vt ab Hommonaianis sede sua dimotus in exilium ageretur, teste Delineat. eccl. Hung. MSta Kotsiana Voll. II. Iohannem Dregely Palankium, quum is conciones catecheticas an. 1667. Cassoviensibus typis publicaret, sequenti cohonestauit carmine:
- Vir bonus est commune bonum, namque vsibus omnem  
Quam potis est operam patriae communibus aptat.  
Sic te posteritas sublimen laudibus omnis  
Euehat, et vitâ te postuma fama beabit.*
- Obseruatio de foetus extra uterum propendentis eiulatu, et reditu in uterum.* Legitur in Miscellan. Academ. Nat. Curios. Decur. I. an. I. Obs. 62. pag. 139.
29. GRAEGORY (IACOBVS) Tuxovinus Pannonius, an. 1586. die 19. Nov. Basileae, Praefide D. Stupano, sub decurionatu med. Caspari Bauhini, disputauit pro gradu Doctoris in Medicina, de *Phthisi.* Vid. *Matricula Vniuersitatis Basileensis ad hunc annum.*

30. **GYÖNGYÖSSI (PAVLLVS)** In lucem editus Cassouiae d. 26. Apr. an. 1707. Patrem habuit cognominem Paullum Gyöngyössi de Pettyén, Theologiae Doctorem, et ecclesiae Anglicanae Presbyterum, sacrorum apud Cassouientes Helu. Confess. antistitem, et postea, vbi an. 1724. factorum iniquitate patrio expelleretur solo, in Academia Francofurtana ad Viadrum S. S. Theologiae annis XVI. Professorem public. ordinarium. Pater filium annos XVII. natum ex Collegio Debrecinensi ad se euocauit, Linguarum et reliquae polymathiae elegantioris notitia a latere suo imbuendum. Vbi labente tempore ex patris consilio Lugdunum Batauorum commigrasset, Albertum Schultensium praecipuis sibi conciliauit, cuius manu ductione vsus linguas orientales ea addidit dexteritate, vt eius postea institutionibus priuatis iuuentus Bataua multum delectaretur. Grammaticarum minutiarum peritaesus, an. 1753. summos in medicina, quam etiam cum reliquis disciplinis sibi reddiderat maxime familiarem, ab Academia Harderouicena sibi deferri honores expetiit: quibus facile impetratis, mox in Russiam, ab Archiatro Imperatricis Elisabethae, Boerhauio, euocatus abiit, atque accepit locum Medici in Nosocomio Petropolitano maritimo primum, postea in Academia Cohortis Nobilium, (das hochadeliche See-Cadetten Corps,) qui ad militiam naualem publicis instituuntur sumtibus. Anno dein 1766. Augusta Russorum Imperatrix in numerum Medicorum Aulae suae, cum annuo mille numerum vncialium stipendio, cooptandum decreuit. Multarum linguarum, praecipue orientalium, notitia, magnam laudem adquisiuit. *Vir quod liberalioris paullo exsisterit ingenii, multorum similitates suscepit, quae res ei taedium, taedium vero talem adtulit moerorem, vt in eam incide-*

inciderit melancholiae speciem, (prout nunciarunt litterae C. P. Med. Doctoris, Petropoli d. 17. Nou. an. 1769. ad me humanissime exmissae,) quae nullum ei amplius liberae mentis relinquat interuallum, et sic ille in praesentiarum totus elanguit. Insignem in pangendis carminibus facilitatem multis comprobauit speciminibus: vnum hic saltim adscribam quod O. Szathmario, de usu salis in sacris Israëlitarum, eiusque mysterio, Ultraiecti an. 1734. bene disputanti, adiecit:

*Christiano  
Parenti  
Petrin  
24. 24.  
24.  
24.  
24.*

*Accipe Szathmari cura properata recenti  
Carmina, nec Paulli despice verba tui.  
Plurima deberet, sed vires ferre recusant,  
Nam vitium seculi posterioris habent.  
Crede, animum superi potius quam munera censent;  
Cum pretium Paulli mens facit ipsa tui.  
Nec tamen inuideas, lacrymas si interpluo paucas,  
Quas renouant patriae tristitia fata meae.  
Respice me, sortemque meam, clademque Parentis,  
Atque animo gemitus experiare meos.  
Vita procul patria peragenda per ultima mundi  
Rura, fatigatos Sol ubi condit equos.  
Angulus Europae iam nos tenet ultimus. Eheu!  
Hungara iam tellus non salutanda mihi,  
Quo feror? inuisas modo supprime, Paulie, querelas,  
Hungara quem genuit Belgica terra ferat.  
Frigore non adeo torpent praecordia Belgis,  
Quorum coelestis pectora feruor alit.  
Ut mihi nunc Leydae post tristitia fata moranti  
Aere non liceat liberiore frui.*

Hic

*Hic nobis sedes, statio benefida carinis,  
 Exulis ut Paulli tempora belle fluant.  
 Exsul erat Christus, comites nos exulis esse  
 Nil pudet etc.*

Duplex Göngyössi prostat effigies aeri incisa, alteram St. Paldi, chalcographus Hungarus, nuper Claudiopoli mortuus, edidit Lugd. Bataurum an. 1744 sequentem in modum signatam:

*Sic oculos, sic ora gerit, cunabula cuius  
 Pannonia, ingenium Belgica laeta fouet.  
 Nec mirum: medicas in pectore condidit artes,  
 Hellada cum Latio cumque Oriente capit.  
 Si valet augurium, si coniectura futuri,  
 Mirandas dotes ampla theatra manent.*

*Dit's de edle Schets van dien beroemden Letter' Helt,  
 Waar op't Bataafsch Atheen vertheugt met recht  
 mag bogen,  
 Die door zyn yvervuur naar hooger eertrap snelt;  
 Die zuivre Taalkunde en haar wonderbaar ver-  
 mogen  
 In volle kragt bezit: de heilsame Artseny  
 Zet's Mans ervaren Geest ook lof en luister by.*

Alteram C. F. Fritschius ad viuum delineauit, et sculpsit Amstel. an. 1753. Hic vultu fatis hilari, et Russica veste circumamictus, in Librum ante se apertum, manu calamus tenente, talia inscribit:  
 אֲשֶׁרִי תְּמִימֵי רָרָךְ Psalm. 119. v. 1. Inferius haec leguntur:

*Pullus Gyöngyössi a Pettyén Med. Doct.  
Natus Cassouiae in Hungaria an. 1707. 26. April.  
Imperatoriae Russicae Maiestatis Sacratissimae  
Nosocomii maritimi Petropolitani h. t. Medicus.*

*Gyöngyösfus medicas in pectore condidit artes,  
Hellada cum Latio cumque Oriente capit.*

OPERA.

1. *Index Locorum S. Codicis et Vocum Hebraearum, Arabicarum, Aramaearum, itemque Graecarum et Latinarum, in Commentarium Alberti Schultensii, Prouerbia Salomonis explicantis, concinnatus.* Lugd. Bat. an. 1748. in fol.
2. *Diss. inaug. med. De Remediis empyricis,* Har-derov. an. 1753. 4. plag. 5. Recusa Lausannae an. 1760. et iuserta disputationibus Hallerianis ad Histor morbor. et curat. facientibus. Tom. VII. num. 233. pag. 127. seqq.
3. *Chorra Castiorum sub tessera Gedeonis militari,* Iud. VII. 20. Praelide *Paullo Gyöngyösi,* patre, Theol. Prof. Francof. ad Viadr. 1730. plag. 8. in 4.
31. HELLENBACH (IOHAN. GODOFREDVS). Patrem habuit Iohannem Hellenbach, Lib. regiaeque ciuitatis montanae Schemnitzientis primi ordinis Vrburarium, qui Vitteb. an. 1656. *Orationem pro Hungaria* recitatam, typis Oelschlegelianis publicauit, et an. 1658. *Logicarum Quaestionum* manipulum, Praef. *Backio* ibidem defendit. Natus est Noster Schemnitzii an. 1659. Doctoris medicinae honores et priuilegia capessit an. 1685. et dein ita feliciter praxin exercuit, vt Leopoldum quoque Imp. atroci nephritide calculosa diu multumque diuexatum fanitati restitueret; quare in praemium feliciter saepius in Augusta Aula exercitae tuae artis, initio labentis



bentis seculi, non modo splendido Liberi Baronis de et in Paczolay axiomate liberaliter a munitico Caesare donatus, sed etiam Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis Consiliarii titulo cohonestatus est. In infelici tumultu Rakotziano seditiosi Principis partes secutus, anno 1703. summus rerum Metallicarum Praefectus constitutus est per Bercsénium; ast quadriennio elapso, et seditionis auctore ad Trentlinium profligato, in Poloniam adulto autumno an. 1708. cum maleferiatis suis fociis aufugit, fortunas omnes, in coecas prius fornices absconditas, ab infecutoribus vero repertas, et in Fiscum relatas, absens a patria amisit; sed pace ad Szathmarinum conclusa, eaque vniuersae Patriae reddita, oblatam regiam gratiam cum sanioribus popularibus amplexus, et in praedia sua restitutus est. Bibliotheca, quam habuit instructissimam, partim direpta, partim in cineres redacta fuit, magno non modo possessoris, sed multorum quoque Hungariae litteratorum damno. In Synodo nationali Euangelicorum, Rosenbergae mense Aprili 1707. in Liptoviensi Comitatu celebrata, designatus fuerat Consistorii, in partibus inferioris Hungariae cis-Danubianae constituti, Praefes ordinarius, testantibus Synodi Actis et Conclusionibus, Zolnae 1708. in 4. plagg. 2 et  $\frac{1}{2}$  editis; quas deinceps an. 1715. in Comitibus regni Posonium indictis, Artic. XXXI. publica auctoritate sublatas legimus. Quum dein diuus Carolus VI. Imperator, aequi iustique studiosissimus Rex, an. 1721. ordinatam a se, pro diiudicandis Caussis Religionis, Commissionem Pestinum conuocaret, a parte Euangelicorum, August. Confess. sequentium, delegatus Commissarius renuntiatus est; cui in Anagrammatismis puris, Excelsae Commissioni exhibitis, vt Acta Commiss. docent Vol. II. sequens Anagramma in  
area

area quarta effinxit male sedulus Poëta, qui sub litteris P. E. L. A. latere voluit:

Programma: *Iohannes Gotefridus ab Hellenbach Baro.*

Anagramma: *Habes fidem, pro ea bella, dignus corona.*

Enodatio. *Credo, FIDEM, quae saluat, HABES, hoc tempore BELLA; Guarus EA, PRO DIGNVS eris rutilante CORONA.*

Obtento semel a Caesare Lib. Baronis titulo, non amplius placuit medicinam facere ambulatoriam, sed metallifodinis potius, quas strenue coluit, curandis, maximopere delectabatur. Hunc Brückmannus Epist. Itiner. 74. Centur. I. eum adpellat virum, qui ingenio, prudentia, comitate, et humanitate, plurimos sui ordinis ac dignitatis longo intervallo praecesserit. Posteaquam florentissimam hodie Lib. Baronum ab Hellenbach familiam sic condidisset, eamque firmasset, obdormiuit placide an. 1728. fere septuagenarius. Ita de hoc *Zabler* in Memoria Medicor. Thorunens. v. 713. seqq.

*Isti omnes Hellenbachio natalibus orto  
Magnificis palmas sedunt. Augusta fidelem  
Aula illum quoties vidit, celeremque medendo.  
Pannonia gens supplex quoties tulit aurca dona,  
Vt morbos rabidos patrio depelleret Istro.*

32. HENISCH (GEORGIVS) Hungarus, ex Comitatu Sarossienfi, natus in Lib. regiaque Ciuitate Bartfensi d. 24. Apr. an. 1549. Basileae an. 1576. posteaquam

quam in doctorem Medicinae promoueretur, Augustae Vindelicorum eodem ipso anno Rhetorices et Matheseos Professor constitutus est, Hieronymo dein Wolfio an 1580. d. 8. Oct. e viuis sublato, Rector Gymnasii Augustani salutatus, et Bibliothecae Ciuicae praefectus, mox Collegii Medici Membrum, et quater postea illius Decanus fuit. Vxorem in matrimonium duxit Christophori Wyrfungii, Patricii et Medici Augustani filiam, Reginam. Mortuus est ex febre, nullis vnquam antea morbis tentatus, die 31. Maii An. 1618. vbi vno ante obitum anno, munere scholastico, quod 22. annis integris apud exteros vltra Patriae limites exornauit, se ipsum abdicasset. Post Hoffmannum videatur Iac. Bruckeri Ehren-Tempel der deutschen Gelehrsamkeit, Aug. Vindel. 1747. †.

## OPERA.

1. *Enchiridion Medicinae, medicamentorum tam singularium, quam compositorum, in certos titulos distinctam sylvam continens, quorum in pharmacopoliis et medicinis praecipuus vsus est.* Basileae an. 1573. 8.
2. *Aetiologia, Semeiotica, et Therapeutica morborum acutorum et diuturnorum Aretaei Cappadocis, Graece et Latine edita, tribus MS&is codicibus, Veneto, Bauarico, et Augustano, collatis. Cum commentario, quo obscura doctrina de nominibus et parte adfecta morborum singularum cum suis signis perspicua methodo illustratur.* Aug. Vind. an. 1603. in fol. De hoc Commentario, eiusque hac editione, vid. *Histor. medic. Clerici*, pag. 508. *Fabricii Bibl. graec. Lib. IV. cap. 3. §. 8. p. 101. 102.*

3. *Catalogus Bibliothecae Augustanae*, editus sine nomine, Anno 1599. in fol. et a Vogtio inter libros rarissimos relatus. Recusus est curante Ehin-gero an. 1633. in fol. vid. Fabric. Bibl. Graec. XIII. p. 533.
4. *Commentarius in Sphaeram Procli, et de computo ecclesiastico, cum calendario et prognostico temporum, et ortu et occasu stellarum.* An. 1609. 4.
5. *Epitome Geographiae veteris et nouae, item Pomponius Mela de Situ orbis.* Aug. Vind. an. 1577. 8.
6. *Institutionum dialecticarum Libb. VII. et Repetitio- num Libri II.* ibid. an 1590.
7. *Praeceptionum Rhetoricarum Libri V. et Exercita- tionum Libb. II.* ibid. an. 1593.
8. *De numeratione multiplici, vetere ac recenti.* Anno. 1609. 8. ibidem.
9. *Arithmeticae perfectiae et demonstratae Libri VII. siue doctrina de numero triplici, vulgaris, Cosmico, et astronomico.* ibid. an. 1609. Vid. Vossius de Scient. mathemat. cap. 53. §. 6. p. 323.
10. *De asse et partibus eius.* Aug. Vindelic. an. 1616.
11. *Thesaurus linguae et sapientiae Germanicae: oder Deutscher Sprach-Schatz.* Aug. Vind. an. 1616. Ad litteram H. tantum pertingere, et non con-temnendi vsus esse, monet Stollus Introd. in Hist. Litt. pag. m. 141. ex Polyhistore Morhofii, qui eum maximopere laudat Tom. I. Lib. I. cap. 21. §. 110. p. m. 255. ibidem Lib. IV. cap. 4. §. 8. pag. m. 753.
12. *Iohannis Tsetzis Sholia in opera Hesiodi, cum in- terpretatione.*

13. *Hesiodus Graeco-Latinus cum Commentario.*

33. HERMAN (ANDREAS) Nouifolienfis Hungarus, Pharmacopolae, non incelebris, filius, in eamontana ciuitate Caroli Ottonis Molleri, celebratiffimi Praëctici, institutionibus vſus, tantam rerum medicarum ſibi adquiſiuit notitiam, vt non niſi mercandorum honorum et titulorum medicorum gratia exterrarum regionum academias adire neceſſum habuerit. Hos dum die 18. Oct. an. 1719. Halenſes facile impertirentur, et noſter cum impetrato diplomate in patriam breui reuerteret, primum Inclut. Comitatus Neogradienſis curandae ſanitatis publicae praefidem conſtituit, tandem et Moſſonienſis: celebritate nominis induëtus Cardinalis quoque Eminentiffimus, Cſäki, perſonae ſuae Medicum in aulam adſciuit. Fuit omnium nouiffime apud Poſonienſes Praëcticus, iſque famigeratiffimus, ob id potiffimum cultioribus Patriae ciuibus gratus, quod cum arte medica egregio nexu ſpagyricam quoque coniunxit, omniaque ferme Minerarum Hungaricarum genera et ſpecies, mira induſtria collegit; laudes ob id multis celebrat encomiis *Brückmannus* Centur. I. Epistol. itiner. 36. 48. 76. Idem *Magnal. Dei* Part. II. cap. 17. pag. 251. et *Matthias Belius*, affinis eius, in Praefat. ad Prodr. Hung. nou. et antiq. Ex nobili eum ortum fuiſſe ſtemmate, docet *Burgſtaller*, Conſul Poſonienſis, in Inſignib. Nob. Famil. R. Hungar. Dec. II. num. 2. Curriculum vitae exhibet Inſcriptio ſepulchralis, quae in Coemeterio Aug. Conſeſſ. additorum Poſonii videtur:

D. O. M.

Andreas Herman

Med. Doct. Neofoliensis Hungarus,

Eminentiss. s. R. E. Presbyt. Cardinalis

Emerici e Comitibus Csáky

de Keresztzeg

Archi-Episcopi Colocensis

Personæ Medicus,

Inclyt. Comit. Neograd. et Mosson.

Physicus,

Pofonii et per Regnum Hungariae

Medicinae Practicus,

Maturus factus,

Quod mortale erat hic deposuit,

Atque perrexit eo,

Vbi alia origo, et nouus rerum status

Eum expectabant.

Obiit A. R. S. MDCCLXIV.

Die XI. Maii

Aetat. An. LXXI.

1. Dissert. inaug. med. Praes. Alberti, *De fluxus haemorrhoidalis prouocatione*, Hal. Magd. an. 1719. 4. plag. 2.
2. *De natiuo sale cathartico in Fodinis Hungariae recens inuento, Dissertatio Epistolica*. Pofon. an. 1721. 4. plag. 2. Matth. Belius recudi iussit, et inseri Pro-dromo Hungar. nou. Lib. III. pag. 198. seqq. Ex-perientia docuit, Salem hunc virtutibus Anglicano Epsomensi aequipollere; vid. Brückman. Cent. I. Ep. it. 76.

3. *De vsu et abusu Nitri, Epistola gratulatoria ad St. Andr. Kochlatzsch*: adnexa est illius dissert. inaug. med. edit. Halae Magd. an. 1721. 4.
4. *Commentariolus historico-physico-medicus, de Thermis Trenchinienfibus*. Lips. an 1726. 4. plag. 8. Tanta cum accuratone scriptus est hicce commentariolus, vt in eo iam ante omnium optime solus auctor satisfecisse videatur Postulato Excelli Consilii Regii Locumtenent. Pofonienfis ad d. 20. Maji an. 1763. per vniuersum Regnum Hungariae publicato, quo singulorum Comitatum ac Ciuitatum Physici ordinarii Fontes medicatos examinare iubentur. Vult quippe Sacratissima sua Maiestas, bono ciuium consultura, vt
1. Describatur per Physicos situs fontis vel thermarum, cum adiecta totius vicinitatis geographica et physica descriptione.
  2. Instituatur aquarum chemicum examen, mediante euaporatione, praecipitatione, coctione, variorum liquorum alcalinorum et acidorum admistione, sensuque gustus in subsidium vocato.
  3. Praemisso hoc examine medico, principia aquarum constitutiua euoluantur, et ex principiis chemiae physice deducantur.
  4. In quibusnam morbis eas potissimum proficuas experti fuerint, sedulo notent, et si quidam morborum casus particulares iis constarent, eos fideliter referant.
  5. An vsus haectenus aquarum solum fuerit externus, an vero internus?
34. HOFSTETER (IO. ADAM.) natus in libera<sup>a</sup> regia-que infer. Hung. ciuitate montana Cremnitzio, d. XVII. Apr. 1660. patre Io. Adamo, ecclesiae Schemnien-

niciensis Diacono, et matre, nobilissima femina, Ioh. Duschkii, Eccles. Nouifolienfis Past. primar. filia, qua defuncta, puer quatuor annorum a parente, Schemnitzii primum, mox, posteaquam hic religionis ergo in exilium actus fuisset, Görlicii Lufatorum educatus fuit, et bonis litteris imbutus; magistris, Schemnitzii quidem Casp. Schönio rectore, et conrectore Parschitio, Görlicii autem Funcio, Wechnero, Richtero, Schmidio, Gymnasii eius doctoribus laudatissimis. Inde eum pater a. 1680. in Academiam Salanam transtulit, quam post semestre et amplius, philosophiae potissimum deditus, neque tamen Medicina neglecta, cum Lipsiensi commutauit. Hic se totum, integro sexennio, Medicinae studio dicauit, praeceptoribus vsus Welschio, Frisio, Ammanno, Bohnio, viris celeberrimis; quorum ductu tantos fecit in arte saluari progressus, vt etiam Petermanno duce praxin clinicam exerceat feliciter. Excitatus exemplo atau, abau, aui, qui omnes in Academia Salana studiorum incrementa et honores philosophicos adepti essent, Ienam remigrauit, Doctor Medicinae creatus A. 1687. d. 16. Febr. Rectore Academiae Faschio, \* Medi-

E 4

co.

\* *Faschius* hic, Promotor, Collegi Medici Decanus, Candidati honoribus tale Phalecium dicauit:

*Non nazale solum beatiorem  
 Vitam reddit, idem nec est patronus  
 Fortunae mobilis fauens et aequus.  
 Promotor placidus quidem tuorum,  
 Sed nunc est fidei speique raptor.  
 Hoffletere tibi parens superstes  
 Est Pannonia nobilis, fauorem*

*Ast non*



co. Labentibus annis in Daniam commigravit, Hafniamque domicilium elegit, vbi paullo post Archiatræ regii, nec non Consiliarii dignitate cohonestatus est. (Error est Czuittingeri p. 178. scribentis, Halæ Magdeburgicæ hunc nostrum Doctoratus axioma obtinuisse, quod erat de fratre eius *Io. Cristoph. Hofflettero* scribendum, qui præside Hofmanno an. 1695. d. 23. Dec. diss. inauguralem medicam, de *Somnambulatione*, defendit.)

## OPERA.

1. Diss. inaugur. medica, Præf. Aug. Henr. Faschio, de *Anorexia*, seu *fame abolita*, Ienæ 1678. plagg. 3. in 4.
  2. *Kurtze Erläuterung der Frage: ob der natürliche und reingewachsene Zinnober, als eine Artzney in den menschlichen Leib ohne Gefahr gebraucht werden könne*: Lips. 1708. in 8.
  3. *Tractatus de Cinnabari artificiali*, promissus in priori opusculo.
35. HORTEL (IOHANNES), Medicinæ Doctor, gente Transilvanus, Iacobo Antonio Cortuso, Professore Botanices Patauino, seni, adiutor adiunctus est an. 1592. teste Iacobo Facciolato, in *Faltis gymnasii Patauini* Tom. II. pag. 402.

36. IN-

*Ast non exhibuit boni parentis.  
Hinc querens alias benigniores  
Terras, inuenis, hem! fauensiozem  
Nutricem, studiisque commodatam.  
Haec te per medicorum amoena Tempe  
Felicis omine duxit, ipsa vero  
Nunc doctum Medicam saluat ipsa.  
Consensit merito Salana nostra,  
Laurum doctori eo parans honori.*

36. INSTITORIS, aliter MOSSOCZI (MAT-  
 THIAS), nobili profapia natus, in Lib. Reg. ci-  
 uitate Neosolii an. 1708. lucem conspexit: patrem  
 habuit Eliam Mossóczi, apud Neosolienses Euange-  
 licorum sacrorum ministrum; matrem vero nobi-  
 lissimam matronam Mariam Klesen. Absolutis in  
 patriae scholis humaniorum litterarum studiis, se in  
 Saxoniam contulit, atque in Academiis Lipsiensi,  
 Ienensi, Halensi, Philosophiae et reliquis ad medi-  
 cinam pertinentibus disciplinis per quadriennium  
 operam impendit. Lipsiae, sollemni disputatione in-  
 stituta, medicinae gradum capessiuit an. 1730. In  
 Hungariam rediit an. 1731. Demonstrata morbo-  
 rum curandorum peritia, a Comitatu Scepusiensi  
 in ordinarium Physicum vocatus est. Idem munus  
 eidem, post fata Iohannis Maleter, vrbs Leutschouien-  
 sis an. 1756. contulit, vbi simul Monasteriorum  
 RR. PP. Societatis Iesu, minoris ordinis S. Francisci  
 conuentualium, conuictus nobilium Leutschouien-  
 sis, conuentus RR. PP. minoris ordinis Quintofo-  
 rensis, Medicum egit. Eius curae se et illustriss. Fa-  
 milia Csakiana commiserat. Anno 1739. cura lu-  
 strandi milites e bello Turcico reduces, et morbis  
 contagiosis infectos, ei concredebatur. Eodem officio  
 an. 1759. penes copias Laudonianas et Saxonicas,  
 Leutschouiam deductas, et morbis lethalibus obno-  
 xias, defungebatur. Passim celebrata medendi peri-  
 tia effecit, vt complures Comitatus, Szaboltsiensis,  
 Gömöriensis, Zempliniensis, Vnguariensis, eidem  
 Physici munus deferrent; sed persuasione Scepu-  
 sientium omnes has vocationes honeste declinauit.  
 Vita functus est an. 1763. d. 17. Martii.

SCRIPSIT

Dissert. inaug. med. Praef. Alberti, de *Panaceae*.  
 Halae Magd. an. 1730. 4. plag. 3.

37. JORDAN (THOMAS) gente Transiluanus Saxo, est Claudiopoli an. 1539. in lucem editus: adolescens admodum illustriores Galliae et Italiae Academi-  
 as, Lutetiam, montem Pessulanum, Patauium, Bononiam, Pisas, Romam denique, periustrauit, in iis virorum ea aetate eruditissimorum, Turnebi, Carpentarii, Rondeletii, Trincauelli, Capiuaccii, Cardani, Widii, Eustachii, et aliorum institutionibus et familiaritate delectatus, et tandem Viennam delatus, Doctoris medici honores et iura capeffiuit. Toto reliquo vitae suae decursu, apud Archiatros caesareos, Alexandrinum, Cratonem, Parthium, Besium, plurimum gratia valuit; et horum potissimum commendatione effectum est, vt dum Maximilian. II. Imp. et Hungariae Rex an. 1566. contra Turcas bellum mouisset, in exercitu Caesareo Medicus castrensis constitueretur. Hoc defunctus munere, an. 1570. in Morauiam inuitatus, prouincialis Physici spartam adiit, et Brunae primaria Marchionatus vrbe, confedit, ibique celebrem Iordanorum familiam, quae hodieum superest in Morauia, condidit. Matura morte an. aet. 46. abreptus est anno 1585. Ipse actam vitam in primis paginis dedicationis Luis Morauicae recenset; eam inde Czuittinger descripsit, quem Kaestner et omnes alii secuti sunt.

## OPERA.

- I. *Pestis phaenomena, seu de iis, quae circa febrem pestilentem apparent, exercitatio. Accedit Lapidis Bezoar descriptio, et eiusdem ad Laurent. Iouberti Paradox. VII. decad. II. responsio.* Francof. an. 1576. 8. Responsio haec recusa est in Oper. Iouberti Tom. II. pag. 30. seqq. edit. Francof. an. 1599. fol.

2. *Brun-*

2. *Brunno Gallicus, seu Luis nouae in Morauia exortae descriptio.* Francof. an. 1577. 8. recusa ibid. an. 1583. 8. plag. 6. Crato Iordanum, ob vulgatas in hoc libello hypotheses, et curatorem, neruose castigat, et meliora pluribus verbis edocet in adnexa Epistola, quae per Scholtzium quoque publicata Lib. II. epistol. pag. 224. edit. Francof. an. 1674. 8. Iudicium Andreae Dudithii de hoc libello vid. inter Scholtzianas Lib. III. p. m. 161. Schenckius suis obseruationibus inferuit Tom. II. Lib. VI. Obs. 142. p. 666. seqq.
3. *De aquis medicatis Morauiae commentariolus, cum indice copiosissimo,* Francof. an. 1586. 4. In hoc Commentariolo describuntur Thermae quoque Trentschinienfes. Idem Libellus prodierat iam Bohemice, Olomucii an. 1580. 4.
4. *Iohan. Duòravii Historia Bohemica, a Thoma Iordano, Medico, Genealogiarum, Episcoporum, Ducum, Catalogis ornata, et necessariis annotationibus illustrata,* Basil. 1575. fol. recusa Francof. 1687. Alph. 2. plagg. 13. in 8. Ioh. Crato trium Imperatorum Archiater, Epistolam dedicatorem praemisit, qua Iordanum dignis celebrat elogiis.
5. Consilia nonnulla medica, exstant inter Epistolas Cratonis, opera Laur. Scholtzii editas.
6. De Aquis medicatis in genere, Commentariolus. Latet in hunc vsque diem in MSto. Ex adnexo I. Burckardi M. D. adgratulatorio carmine elegiaco, sequens hexastichon typis exscripsit Czuittinger, pag. 188.

*Nempe Dei monstrat nobis vestigia, quisquis  
Thermarum veram vimque modumque docet.*

*Id quod*

*Id quod cum Morauis, Medicos, qui publicus orae est  
 Quod Phoenix reliquas unicus inter aues.  
 Iordanus praestet studio per cuncta sagaci:  
 Iordanum Clerus, plebs, Baro, Equesque colunt.*

38. AB ITALIA (BENEDICTVS) Hunc Carolus I. Hungariae rex Seculo XIII. circa an. 1294. ex Italia exciuit, vt apud se in sede regia Chirurgi fungeretur munere; quod dum ille munus, vt par erat, adminiltraret, certo prodidit indicio, se ob eximiam doctrinam obeundo quoque sacerdotio futurum esse quam maxime idoneum. Ei mox a Ludouico I. rege Hungariae admotus, breui Praepositus, et anno 1316. creatus est Episcopus Nitriensis, in ordine duodecimus, ita referente Mart. Szentivamio in Paralipomenica dissert. I. pag. 76. Vitam posuit anno 1330. quo Praesuli mortuo, quidam Mesko nomine, successor datus est. Vterini fratres, Bartholomaeus et Nicolaus, hac secunda Praesulis fortuna illecti Hungariam intrarunt, et hic familiam Demendyorum nuper emortuam condiderunt: fide antiquorum diplomatum munitus scribit Matth. Belius Notit. Hungar. Tom. IV. pag. 319.
39. IVNG (ABRAHAMVS) Societ. Iesu Sacerdos, Tyrnauiensis Apothecarius, Medicinae practicus, et in chemia exercitatissimus. Exstat eius apud Spindlerum obseruation. medicinalium Centur. pag. 99. obseruatio 54. *De Gangraena renis et vretheris lethali simul et contagiosa; in Patre Procuratore obseruata.*
40. KASSAI aliter de CASCHAV (IOHAN. ANTON.) Cassoviensis Hungarus, Med. Doctor, quem an. 1523. in Album Academiae Tubingensis, Rectore D. Cun-

D. Cunrado Braun, relatum fuisse, meminit Martinus Crusius in Annalib. Svevicis edit. lat. Dodec. III. lib. X. pag. 578. edit. German. Tom. III. lib. X. cap. 10. pag. 202.

41. KERESZTESSI (PAVLLVS) Debretzinensis, loci illius Scholae legibus subscripsit d. 6. Iun. an. 1711. Körölinum ad regendum Ludum litterarium abductus, expleto tamen biennii spatio in exteras oras profectus est, et Franequerae ad d. 25. Ian. an. 1725. Doctor bullatus in Medicina creatus. A reditu suo in patriam in ecclesia Debreczinensis Nosocomii exteriori sacri ministerii munere functus est ad d. 26. Ian. an. 1734. vsque, quo vitam posuit. Clinicam quoque medicinae praxin inter suos ciues non sine laude exercuisse certum est.

## O P E R A.

1. Dissert. inaug. med. *De Somnambulis seu Noctambulis*. Franeq. an. 1725. 4. plag. 2.
  2. Dissert. medico-theolog. Pars. I. *De utilitate et necessitate Medicinae in S. S. interpretanda, tam in genere, quam in specie, in illustri loco Iobi X. 8-12. explicando*. Franeq. an. 1725. 4. plag. 6.
  3. Dissert. medico-theolog. Pars II. siue *Exegesis vexatissimi loci Eccles. XII. 1-7. ex quo ulterius demonstratur summa Medicinae utilitas et necessitas in S. S. praecipue in h. l. interpretando in specie*. Ibid. an. eod. in. 4. plag. 5.
42. KIRALY (STEPHANVS) Debreczinensis patria an. 1685. receptus in numerum Togatorum studiosorum Debreczinensium, vbi posteaquam singularia suae eruditionis edidisset specimina, Seniorisque defunctus esset officio, a Senatu ciuico et scholastico in  
Acade-

Academias cultiorum nationum an. 1692. promotus est. Halae Magd. ad d. 9. Nov. an. 1697. gradu Doctoris in medicina cohonestatus, mox an. 1700. ad docendas disciplinas philosophicas in patriam ciuitatem reuocatus est: quo munere dum aliquot annis laudabiliter fungeretur, in aberrationes mentis incidit, et an. 1726. infelicem vitam clausit.

## O P E R A.

1. Diss. Philosoph. *De studii mathematici vtiitate, eiusdemque certitudine.* Franeq. an. 1655. 4. plag. 4.
  2. Diss. Theologica *de Paternitate Abrahami uniuersali,* Franeq. an. 1696. 4. pl. 7.
  3. Diss. inaug. Medica, Praes. Frid. Hoffmanno, *De genuino et simplicissimo doloris podagrici remedio,* Halae Magd. an. 1697. 4. pl. 4.
43. ROBER (TOBIAS) Görliciensis est, an. 1590. ad academiam Iuliam Helmstadium profectus, ibidem an. 1594. lauro poetica decoratus, anno vero 1595. Decano Iacobo Horstio, summis in medicina honoribus ornatus, anno sequenti medicus castrensis, cum imperiali stipendio, ad castra ab Serenissimis Archiducibus Austriae ablegatus discessit, et durante bello Hungarico contra Turcas gesto, per septennium et amplius munere illo functus, Magnatibus et ducibus caesareis fuit acceptissimus. Confecto hoc bello, tandem Procerum inferioris Hungariae, vt et reipublicae Sempronienensis, Physicus ordinarius constitutus est: vitam reliquit an. 1625.

## O P E R A.

1. *De lacte et pultibus, quibus infantes sustentantur,* Görlici an. 1593.
2. *Hospi-*

2. *Hospitia*. Helmstad. an. 1594. Comoedia est, quam sic inscriptam edidit, quum poeticam laurum sumeret.
3. Disput. inaug. med. de *Paralyfi in morbofa constitutione et solutione continui*. Helmstad. an. 1595. in 4.
4. *Historica descriptio rerum circa Budam. metropolin Regni Vngariae mense Octobri an. 1598. gestarum*, Lips. an. 1599. 8. plag. 8. Auctor oppugnationi huic interfuit: multa hic inueniuntur Historiam illorum temporum illustrantia, quae alibi vix inueneris.
5. *Obferuationum medicarum castrensiu Decades tres*. Franc. an. 1606. 8. Recusae sunt cum indice et praefatione Henrici Meibomii Helmstad. an. 1658. in 4. alph. 1. Vtinam reliquae quoque Decades e latebris iam tandem aliquando protraherentur, et illae, et hae denuo, communibus omnium nostrum vsibus publicarentur.
6. *Descriptio Budae*. Lips. an. 1606. 8. Hanc videre non licuit: (Zvittinger illius meminit, Biblioth. Scriptor. Hungar. pag. 6.
7. *Wratislavia Silesiorum Metropolis, nec non Tragoedia de Anchise exsule*, vtraque versibus expressa.
8. *Ephemerides unius Trieterides, id est historica eorum recensio, quae an. 1596. 1597. et 1598. in exercitu Caesareo in Hungaria euenerunt*. Harum auctor meminit in historica Descriptione rerum Budensium pag. 3. et 4. Dolendum est maximo opere, haec et talia plurima apud nos intercidisse monumenta, quae si alicubi adhuc gentium supersint, vt ea nobiscum communicentur, viros eruditos omnium nationum maiorem in modum publico



blico nomine rogamus, immo per communia Reip.  
litterariae sacra obtestamur.

44. KOVÁTS TATAI (GEORGIVS) in oppido Tata an. 1645. genitus est, patre Viro nobili, Iohanne Kováts Tatai, Incliti Comitatus Komaromienſis Iurato Aſſeſſore, qui eum mature iuuenilibus annis ſtudio medico conſecrauit. Paulli Görgei. Med. Doctōris, et in ſuperiori Hungaria Præctici feliciffimi, inſtitutionibus uſus, eas in addiſcenda hac ſalutari arte fecit in Patria progreſſiones, vt feliciter iam ante praxin auſpicaretur, quam in exoticas oras, conſummandorum ſtudiorum gratia, proficiſceretur. Lugduni Batauorum ſubſtitit, ibique titulum Doctōris in Medicina impetrauit an. 1670. aetat. 25.

1. *Carmen in honorem Dan. T. Varsányi compoſitum, quum is Compendium analytic. et exegetic. in Libr. V. caſuum conſcientiae P. Amelii, Franeq. an. 1671. 8. publicaret.*
2. *Hercules vere cognitus, certus exul, id eſt, Epilepſiae vera dignotio, ac eiufdem certa curatio, Libris II. comprehenſa. Lugd. Batau. an. 1670. 12. pl. 6. Opus hoc dedicauit A. Petro Cſáki, Comitatus Komaromienſis Supremo Comiti etc. Andr. Drahoſoczki, arcis Tatenſis, V. Capitaneo; I. Szegio V. Comiti; Franc. Talio, Em. Cſontos, Georg. Cſapo, I. Kenyeres, Iudicibus Comitatus; I. Kováts Tatai, patri; Blas. Cſikio, Fr. Balaffa, Iohan. Pécsi, Iuratis Aſſeſſoribus Comitatus; Iacobo Torkos, Notario. Effigies tractatui praefixa hanc gerit Inſcriptionem:*

*Veſte ſub Hunniaca vultus depiſtus amicus,  
Nobilis ut genii, nobilis ingenii.*

Qui

*Qui patet hoc acies mentis non tota lib...*

cetera Bibliopoegus refecuit;

sed possunt suppleri e syllabo Iconum Medicorum *Beughemii*, qui integram exhibuit, teste Moehsenio, nupero imaginum clarissimorum Medicorum collectore Berolinensi, P. II. p. 159.

45. KREISEL (IOHAN. SIGISM.) Vitam auspica-  
tus est in Lib. regiaque Ciuitate Bartfensi, die 5. Sept.  
an. 1717. Patrem fortitus est Andream Kreyfel, Vi-  
rum nobilem. matrem vero Annam, natam Kehle-  
rian. lactis in loco natali, Iaurini, Posonii, pri-  
mis variae eruditionis fundamentis, an. 1736. Tho-  
runense Poloniae Borussicae salutauit gymnasium:  
expleto annuo in ea Musarum sede spatio, paren-  
tum iussu in Salanam se contulit Vniuersitatem, salu-  
taris scientiae particeps futurus, vbi pertinaci in stu-  
diis medicis diligentia id consecutus est, vt die 19.  
Iun. an. 1741. Doctoris Insignia, Brabeuta Teich-  
meyero, indipisceretur. Artis fundamenta quae ie-  
cerat, praxi et experientia vndecim annorum in Co-  
mitatu Scepusiensi, et Kesmarkiensi Ciuitate, cor-  
roborauit, inde in vicinum nobis Comitatum Sza-  
boltshensem, honesto stipendio inuitatus, totidem an-  
nos ibidem in medica praxi expleuit. Hinc vero ite-  
rum in patriam ciuitatem redux, prouinciam or-  
dinarii Physici in Comitatu Scepusiensi denuo adiit,  
eamque cum Leutschoviensi paucis ante mortem  
mensibus combinauit, quae in d. 28. Octobr. an.  
1768. incidit, an. aetat. 51. Febris acuta, cum in-  
flammatione gutturis coniuncta, eum e medio sustu-  
lit. Coniugium an. 1743. d. 19. Febr. cum Maria,  
Tobiae Mauks relicta vidua, initum, vno filio, et tri-  
bus filiabus, sed duabus tantum superstitibus, fuit  
foecundum.

## O P E R A.

1. *Diss. inaug. med. de morbo Hungarico, siue Castrensi*, Praef. Teichmeyero. Ienae an. 1741. 4. plag. 4.
  2. *Tractatus de Acidulis et Thermis Scepusiensibus, instituta ubique exploratione chemica*, Superiorum iussu conscriptus, et an. 1768. Incl. Comitatus exhibitus, et postea Exc. Consilio Reg. Locumtenent. Pofonienfi submissus.
  3. *Examen chemicum Aquarum Szaboltsiensium.*
46. KÖKÖSI (STEPHANVS). Quis hic sit, optime dignoscitur ex lac. Philip. Tomalini Inscriptionibus Urbis Patauinae, edit. an. 1649. in 4. pag. 242. 243. n. 139. vbi ex Templo vel potius Xenodochio S. Francisci hocce Monumentum exhibetur: *Stephanus Kökösius, Transilvano Vngarum, Phil. et Med. Doctorem, et in hocce Xenodochio Medicum adfidentem solertissimum, annos XXXII. natum, posteaquam eius anima anno Salutis 1717 CXXXVIII. XXIII. April. ipso nempe die Paschatis, hora XXI. coelesti consortio adscripta est, populares moestissimi, nouissimum exsecuti officium, sub certa beatissimae resurrectionis spe, in hanc requiem inferri curauerunt, dein Saxum hoc, aere Laurentii Balk, Claudiopolitani, comparatum, Inscriptione ornauit Matthaeus Sozanaki Vng.*

*Hic Iuuenis, fortis, medicus, iacet; ergo nec aetas,  
Nec vis, nec Medicus, vincere fata queunt.*

47. KÖLESE'RI DE KERES-E'ER (SAMVEL) natus Szendröviae in Comitatu Borsodienfi die 17. Nou. an. 1663. patre Samuele Köleséri, professore primum Theologiae Varadienfi, postea Ecclesiae Szendrövienfi, inde Tokajienfi, et omnium nouissime Debrecinenfi; matre vero Anna Damian, foemina nobili

nobili orta genere: quorum voluntate ab an. 1674. in gymnasio patriae urbis Debrecinensi adoleuit, idque celeritate ingenii est consecutus, vt an aet. XX. academiae maturus factus, in tenera aetate in oras Belgicas, inde Britannicas, ad perficienda studia, raro exemplo, exmitteretur. Lugduni Batauorum editis primum speciminibus Magister in A. A. L. L. in Philosophia vero et Theologia Doctor publice proclamatus est. Rediit quidem Debrecinum in patriam an. 1685. at quum ad obeundum sacrum ministerium se minime factum esse a natura ipso opere experiretur, rediit in Lugdunensem Vniuersitatem, vbi breui post supremos in medicina capessuit honores, tantosque in ea fecit progressus, vt ob medendi dexteritatem, plurimum in Transilvania, vbi sedem a reditu fixerat, inclaresceret. Practicus primum metropolitanus Cibiniensis, postea Sacrae Caesar. Reg. Maiestatis inclyti Gubernii, et Praesidiorum Caesareo-Regionum in Transilvania, Medicus ordinarius prouincialis, nec non vniuersae rei Metallicae per Transilvaniam Inspector, tandem Gubernialis Secretarius, et nouissime S. Caesar. Regiaeque Maiestatis Consiliarius declaratus est. In Academiam Imperialem Nat. Curiosor. d. 18. Octobr. an. 1719. receptus, et Chryssippi I. cognomine cohoneffatus fuit. Ter eum matrimonium inire contigit, at totidem vicibus fuit infelix. Id quippe forte fuerat in causa, vt regiam quoque incurreret indignationem, et diutino animi moerore in custodia Cibiniensi maceratus, in lethalem d. 21. Dec. an. 1732. incideret apoplexiam, desperabundus scilicet de futura e carceribus liberatione, dum de inexpectata Principis Eugenii, fautoris optume de se meriti, morte nuncium, licet is tunc vanus fuerit, circumferri audiret. Non defuerunt tales quoque viri,

qui sumto veneno eum interiisse crederent. Lugu-  
bris in funere ab Oratore sacro dictus est Sermo ex  
Psalm. XXXIX. v. 6. Diuersa variorum hominum  
tam in vita, quam in morte, lata de se meruit iudi-  
cia; vario carminum genere multi in sepulcrum vs-  
que comitati; sed omnium fidissimus comes, pri-  
uignus, Illustriſſimus Comes Iohannes Lázár fuit,  
qui vltra stygiam paludem, ad medios vsque Infe-  
ros, Harpyarum satellitio stipatus, vt est poeta satis  
celebris, vinctum deduxit, et Atclepiadem hunc  
Dacicum Plutoni, immane quantum dictu et factu!  
pro tribunali iudicandum tradidit in Ingressu Tae-  
nario suo, qui legitur in operibus poëticis Comit-  
is Iohannis Lázár pag. 35. seqq. editis Claudiopolian.

1765. in 8. Ita ferale Carmen incipit:

*apthium* Agmen tremendum Taenarii specus!  
*em omi:* Et quicquid umbris triste reconditur,  
*rimida*  
*apthium* Amanti et irato frequenter  
*25. c.l.p.25.* Theſſalicas rogatum ad aras!

*Adeſte votis! at ſtabili pede etc. etc.*

Non fuit tam crudelis in Köleſerianos manes Medici-  
nae Doctor, *Valentinus Gorgius*, Caefareus in Tranſil-  
uania Phyſicus, qui Noſtri memoriam celebraturus,  
*Leſſum funebrem*, Cibiniensibus typis exſcriptum,  
animo ad luëtum debite diſpoſito, composuit. Lapis  
ſepulchralis ſequentem hodie dum oſtentat Inſcri-  
ptionem: Epitaphium D. Köleſéri d. 24. Dec. an.  
MDCCXXII. defuncti, et XXX. eiusdem Cibi-  
nii, ad Eccleſiam parochialem Saxoniam, tumulo ſub-  
miſſi:

*Siste Viator!*

*Hic iacet*

D. SAMVEL KÖLESERI.

*Aetatis suae LXXII.*

*quondam*

*in Principatu Transilvaniae*

*Consiliarius Gubernialis,*

*Vir*

*Doctus, prudens, et eruditus,*

*Virtute et nobilitate illustris,*

*qui*

*multum coluit Artes Liberales;*

*et multis lustris Libros*

*perlustrando*

*Ciuitatem Cibiniensem*

*Scientia et consilio illustrauit,*

*Simul Poëta, Historicus, et Medicus,*

*Cuius elogio*

*Quid detraxisse, est addidisse.*

*In illo extinctam intuere Lampadem,*

*quae non paucos*

*eleganti doctrina*

*in vita illuminauit,*

*et etiamnum,*

*relictis praeclaris et perclaris*

*antiquitatum documentis,*

*post mortem fulgebit,*

*et velut Lux*

*in perpetua hominum memoria*

*lucebit.*

## OPERA.

1. Disput. inaug. Philosoph. pro gradu Doct. in Philos. et L. L. A. A. Magisterio, *De Systemate Mundi*. Lugd. Batau. an. 1681. 4. plag. 3.
2. Dissertatio academica *de Sacrificiis*, in qua, expositis primum, origine rituum Hebraicorum, in cultu sacro vsurpatorum; tempore impositionis iugi praeceptorum in placitis, et iure Sacerdotii ante et post illud tempus, aliisque materiis passim insertis, litteralis sensus sacrificiorum, holocausti, Mincha, Schelamim, pro peccato et pro reatu, ex scriptis Hebraeorum explanatur, tandemque mysticus ex sacro codice subiungitur: Part. III. Franequ. a. 1683. plagg. 19. in 4.
3. Disp. theolog. inaug. pro gradu Doctoris in Theologia, *de benedictione gentium Abrahamo promissa*, ex Genes. XXII. 18. Franequ. a. 1684. plag. 4  $\frac{1}{2}$  in 4.
4. Dissertatio *de Scorbuto mediterraneo*. Cibir. an. 1707. 12. pl. 3. Recensetur in Act. Erudit. Lipsiens. Supplement. Tom. VI. pag. 228.
5. *Scrutinium et cura pestis Dacicae*. Cibir. an. 1709. 12. plag. 5. Recens. in Act. Erud. Lipsiens. Supplement. Tom. V. pag. 230.
6. *Monita anti-Loimica, occasione Pestis an. 1719. recrudescentis*. Claudiop. an. 1719. 12. Recusa Hungarice ibid. an. 1738. in 12.
7. *Auraria Romano-Dacica*, Carolo VI. Imperatori inscripta. Cibir. an. 1719. 8. plag. 18. Recensetur in Act. Erudit. Lips. an. 1719. pag. 52. Sub effigie operi praefixa sequens legitur tetra-  
stichon:

*Hunnia plantavit, Brito, Belga, et Teuto rigavit,*

*Dacia post ciuem cœu proprium coluit.*

*Atque auxit Magnus quem Caesar honoribus,  
huius*

*Effigiem tanta cerne sub effigie.*

Franciscus P. Papai, pater, fautori suo p.

8. *Proteus febrilis nouissima Wirmondiana adfligens,* Cibin. an. 1722. 4. plagg. 6. Recens. in Act. Erudit. Lips. an. 1723. pag. 214.

9. *Axiomat. Iuris Naturae, de officiis iusti, honesti, et decori, cum introductione paraenetica.* Cibin. an. 1723. 8. pl. 4. Recens. in Act. Erud. Lips. an. 1723. pag. 536.

10. Excerpta ex Litteris Kölesérii *De Litteratura Tangutana.* Leguntur in Act. Erud. Lips. an. 1726. pag. 327.

11. *Animi grati et ingrati character, e maiori opere Paschaliano.* Cibin. an. 1729. 8. plag. 3.

12. *Libri, quorum nouam procurauit editionem, sequentes sunt: Tibullus Coruinianus,* Cibin. an. 1727. recusis, quod ex Bibliotheca Regis Matthiae Coruini Budensi disparuit, ideo ita adpellatus. *Gardenii Theologia pacifica. Summarium philosophiae. Enchiridion mathematicum, protographiam uniuersae Matheos complectens. Opusculum orthographicum, de ratione recte emendateque scribendi. Nouum Testamentum Hungarico idioma-te,* sine anno et loco editionis, in frontispicio litteris S. K. notatum; aliunde certo constat, Lipsiae illud editum anno 1717. sumtibus Comitissae Catharinae Bánfi.



Sciendum est, Libros Kölesérianos quam maxime raros esse, singulorum enim aliquot duntaxat edi voluit exemplaria, ne vilescerent prae multitudine.

13. *Observationes Ephemeridibus Academ. Imperial. Nat. Curiosor. insertae:*

Centur. X. Obseru. 88. *De Apostemate Hepatis curato.*

Obs. 89. *De vomica pectoris.*

Obs. 90. *Intestini pars extra abdomen pendulum.*

Obs. 91. *De transmutatione ferri in cuprum.*

Obs. 92. *Achates etc. Transilvaniae.*

Obs. 93. *Mures agrestes.*

14. *Hecathene et Thermocrene Dacica.* Libelli hi duo sunt, quorum posteriorem se aliquando editurum promississe in litteris ad Mich. Schendi, R. C. S. Equitem van der Bech, commemorat Kundman, in rarior. Nat. et Art. pag. 303. vtrumque vero typis publicatum fuisse scribit Auctor Apologiae Schendianae contra Maurocordatum Walachiae principem. Mihi numquam licuit eos videre: an vnumquam editi?

15. *De Dacia Romana, Hunno-Dacia, ac hodierna Dacia Augusta.* Tale opus composuisse Nostrum, mentio fit in *Empyrica illustri per septem nobilissima euporista familiaria remedia Michaelis Schendi van der Bech*, edit. Aug. Vindel. an. 1723. 8. quia libellus hic Vogtio, Schelhornio, et Boernerio testibus, est omnium rarissimus, placet ex praemissa Apologia sequentia huc exscribere: *Praeclarissimus ac famigeratiss. Köleséri de Keres-éer, Principatus*

- tipatus Transilvaniae Secretarius, suae Aurariae Dacicae aureo plare opusculo, Dacicae Pestis Scrutinio, Febrili Protheo, Hecathone ac Thermocrene Dacica, dudum litterariae reipublicae commendatus, in illustranda Dacia, quam ferme totam varietate excursionibus peragrata, diuersorum, quibus semper egregie functus est, munerum occasione, dilucidatam ex Archiuis, Codicibus, Monumentis, Inscriptionibus, aliisque Lapidariae ac Nummariae Historiae subsidiis, longa praxi diuturnisque studiis hauserat indefessus, ante tres annos Doctori vander Bech, Transilvaniam tunc primo inuisenti, mutuisque saepius tenti viri colloquiis se recreanti, opus tripartitum, de Dacia Romana, Hunno-Dacia, ac hodierna Dacia Augusta, licet nondum absolutum, ultimamque expectans manum, communicauit. Idem ipsum hoc opus de antiqua Dacia, Matthiae quoque Belio promissum, in Prodro-mo Hungar. nou. et antiq. pag. 55\*,*
16. *Rationabilium huius Seculi dubitationum Elenchus. Vid. Act. Phys. med. Nat. Curiosor. Vol. I. append. pag. 131.*
17. *Recensio Analectorum Antiquitatum Dacicarum. Vid. Aurar. Rom. Dacica pag. 132.*
18. *Commercium litterarium cum Vris eruditis Europaeis institutum, et multa alia Koleserianae industriae monumenta, prae manibus habet Clar. Daniel Cornides, Vir rebus Patriae illustrandis deditissimus.*
- F 5
19. Con-

\* Sed de hac Veteri et Noua Koleseris Dacia conferendus inprimis est I. C. Kundmannus in memorabilib. Nat. et Artis Sect. I. artic. 37. pag. 302. Aurei illius operis argumenta ibi recensentur vberius, et verosimiliter adferitur, illud ad *Sammersbergium* Vratislaviae, et ab hoc ad *Belium*, Adparatui ad Hist. Hung. inferendum, Posenium missum esse. Iam Belianae Bibliothecae possessoribus enixe rogantur, faciant, bono publico consuluri, nos quoque latitantis huius thesauri participes.

19. *Consiliarius Principe dignus*, in funeralibus exequiis Illustris Dom. Samuelis Kerefztefi de Nagy Mezyer, S. C. Regiaeque Maiestatis in incl. Transilvaniae Gubernio regio Consilarii intimi, Comitatus Alba Iuliacensis Comitum supremi, etc. Familiae vltimi, repraesentatus a S. K. d. K. Cibinii 1707. plag. 3. in 4.
20. Disput. theolog. Praef. Georgio Mártonfalvi, Theol. Prof. *de Euangelio*, Debrecini 1674. plagg. 3. in 4. inscripta nominibus Mich. Teleki, Franc. Rhédei, Georgii Bánfi, Fab. Farkas, Paulli Szepesi, Klobusitzki, et Urbisi.
21. Disput. mathematico-phys. Praef. Voldero, *de Lumine*, pars. I. et II. Lugd. Batau. 1681. plagg. 3. in 4.
22. Disput. philos. *contra Atheos*, Praef. Voldero, Lugd. Bat. 1681. plagg. 1  $\frac{1}{2}$ . in 4. oblata honoribus Georg. Mártonfalvi, Mart. Szilágyi, Pauli Lisznyai, Professorum Debrecinensium.
23. *A rendes orvoslásnak Közönséges Regulái*: sunt rationes medendi apud Hungaros, ad leges artis reuocatae, Calendariis Claudiopopolitanis ab a. 1723. ad. 1730. editis, per partes insertae.
48. LANG DE LANGENTHAL (IAC. AMBROS.) Filius Georgii Christophori Langii, Ecclesiastae Norimbergensis, natus Etzelwangae an 1663. Altdorfi anno 1685. d. 28. Iun. in numerum ciuium academicorum cooptatus, Decano Mauritio Hoffmanno, sine praeside, pro gradu Doctoris in Medicina ad d. 29. Iun. an. 1692. disputauit. In Hungariam delatus, primum Neosolii, deinde Schemnitzii, praxi medicae deditus, anno 1695. nobilitatis Regni Hungariae priuilegiis a Rege donatus, mox seditiosus Princi-

Principis Rákótzii Proto-Medicus castrensis et archiater an. 1703. constitutus est, cui adeo reliqua sua vita fuit deuinctus, vt regno pulsum etiam in exilio presso vbique pede sequeretur. In Poloniam cum Hero suo an. 1710. aufugit, Dantisco in Galliam, inde Constantinopolim delatus, vbi inter infideles vitam ponere coactus est miseram: vix scitur. Ita de hoc Zabler, in Memor. Medicor. Thorunens. v. 718. seqq.

*Vnicus infelix hos inter Langius exsul,*

*Principis extorris quando perdurat Achates*

*Fidus, Bistonii quem iam fouet aula tyranni.*

*Quanta illi morum integritas, quanta experientia  
rerum!*

*Ast haec Pannoniae quondam clarissima stella,*

*Threicio coelo, sic volvunt fata, micabit.*

49. LAURENTIUS, Medicinae Doctör, reipublicae Leutschouiensis, et totius terrae Scepus, nec non Venerab. Capituli Collegiatae Ecclesiae Scepusiensis, Medicus Practicus, de quo iuuabit id ex toto hic adpingere, quod ex Matricula Fraternitatis XXIV. Regalium Scepusiensis, hac serie excerptum, Praenobilis ac eruditissimus D. Samuel Székely de Doba, emeritus equestris militiae Hungaricae Tribunus, qua est in elegantiores litteras et eruditionem variam propensione, mecum nuper admodum communicauit:

*Anno 1535. Domini Leutschouenses, cum pro communibus totius terrae Scepusiensis necessitatibus cogitassent Medicum tenere, et quidam egregius magnae experientiae Vir, medicae facultatis videlicet Doctör, Laurentius, Leutschouiae adfuisset, cui propter experientiam omnes fauerent, adierunt Do-*

*minum Reuerendum Praelatum nostrum Iohannem Horváth de Lomnitza, ut si quid in auxilium dare vellet, quod Medicum seruare vellent: promisit Dominatio sua Reuerenda duodecim florenos, etiam Capitulum totidem: item Dominus Praelatus voluit, quod et Fratres nostri ex Fraternitate conferrent duodecim florenos; ast Fratres pauperes ex despoliatione et aggrauatione totius terrae Scepus, promiserunt decem florenos singulis annis, quos deponere debent pro festo purificationis Mariae.*

An. 1536. *Accepit stipendium a nobis viginti quatuor Regalibus D. Doct̃or, et obligauit se nobis pro necessitate nostra, si vocabitur, etiam personaliter visitare quemlibet ex nostris, et facere diligentiam.*

An. 1537. *Domino Doct̃ori, Physico Leutschouien- si, soluti Floreni decem.*

An. 1538. *Fraternitas ex parte Doct̃oris Medici conclusit: ex quo praeterito anno ei esset solutum pretium, scilicet decem floreni, quod etiam isto anno ei soluetur, et deinceps si quis indigebit, velit eum reddere contentum, sed de communi a Fraternitate nihil amplius dabitur ei.*

50. LASZKY (ALBERT. LEONHART.) Hieronymi Laszky, Palatini Siradiensis, ob rem pro Iohanne Zápolya Rege Hungariae apud Solimannum Turcarum Dominatorem an. 1520. bene gestam, Arcibus Scepusiensi, Kesmarkiensi, Dunavetzensi, nec non perpetui Comit̃is Scepusiensis dignitate donati, filius. Dum an. 1575. inter Indigenas in publicis Regni Hungariae Comit̃iis reciperetur, et mox desponsatam quampiam virginem, nobili Italico genere natam, ex aula Regis Galliarum Parisiis adducere vellet,

mutuam

mutuam a Sebastiano Tökolyi, ditissimo homine, accepit pecuniam, nuptiali expeditioni sufficientem; sed triennium intra soluendam in arcium Kesmark, Dunavetz, et Abbatiae Csaunik possessione in perpetuum vellet excidere, aes quippe fuit alienum LXII. millium contractum: cui dissoluendo quum se imparem animaduerneret, bona spe inescatus ad Alchymistas confugere induxit in animum. Londinum ergo in Angliam deproperat, quo iam multis antea annis patruus, Iohannes Laszky, Praepositus Gnafnensis, et postea Episcopus Weszprimiensis, religiosam, fundandae Ecclesiae Presbyterianae causa, susceperat peregrinationem. Inibi ibidem societatem duorum virorum chrysopeoëorum, Edwardi Kelley, et Iohannis Dee anno 1583. Adepti hi duumviri Laszkyo promittunt, eundem propediem integra Polonia, Moldavia, Valachia etc. potiturum, immo ipso Croeso ditiores futurum: ille hos in Patriam inuitat; lubentes aduolant, Iohannes Dee potissimum, qui ante iam an. 1563. in Hungaria artem transmutandi metalla, non sine multorum admiratione diu multumque agitauit, immo Maximiliano quoque Imp. et Reg. Hungariae Monadem suam, hieroglyphice, mathematice, magice, cabbalifice, anagogice explicatam, Antverp. an. 1564. impressam, inscripsit, et Posonii obtulit. Anno 1584. in Castello Laszkyano Collegium alchemisticum aperitur, in aurea hac arte Laszkyus fidelissime instituitur, regnum minerale vario igne diu satis torquetur, et tandem miser nouissime omnium turpiter, vt fieri adsolet, deluditur. Haec M. Belius in Prodrum. Hungar. pag. 82. 92. 93. item in Not. Hung. Tom. I. Moreri in Diction. in voce Dee, Georgius Matthiae in Consp. Histor. Medic. chronol. pag. 614. et Miscellan. Groning, Tom. III. fasc. I. et alibi.

51. LOEW (ANDREAS). Post absoluta in patrio gymnasio Sempronienti humaniora studia, animum ad medicam artem adplicaturus, primum quidem an. 1677. in Vittebergensem academiam concessit, vbi inprimis institutionibus Strauchii et Schneidri insignes in salutari arte fecit progressus, et mox an. 1679. in A. A. LL. et Philosophiae Doctorem, Walthero Promotore, inauguratus est. Interea temporis fatis functo Schneidero, ad audiendum Wedelium Ienam proficisci statuit, vbi postquam per integrum triennium studio medico incubuisset, an. 1682. d. 31. Iul. solemniter rito Doctor in Medicina proclamatus est. His condecoratus honoribus in patriam reuersus, frequentem non solum, sed etiam felicem vndiquaque nactus est praxin clinicam, ita quidem, vt magistratus Sempronensis an. 1693. Phisicum Ciuitatis ordinarium declararet; quam publicam spartam, per integros XVII. annos pro dignitate ornauit, atque pro virili ad extremum vitae habitum eo munere defunctus est. Fuisse honorarium, eumque laboriosum Academiae Imperial. Nat. Curios. Collegam, docent seqq. Obseruationes, Miscellaneis Acad. Nat. CC. insectae.

## O P E R A.

1. Decur. II. An. VIII. Obs. 123. *Exanthemata coloris albi in aethiope, feбри petechiali laborante.*
- Obs. 124. *Fibris cardiaca ex flatibus.*
- Obs. 125. *Vomitus sanguinis.*
- Obs. 126. *Possio Iliaca ex Hernia inguinali.*
- Obs. 127. *Oris clausula cum Tetano.*

Obs.

Obs. 128. *Αυτοχρησία ex delirio melancholico.*

An. IX. Obs. 114. *Chlorosis.*

Obs. 115. *Vteri disrupti historia.*

Obs. 116. *Secundinae, per triduum in utero retentae, felicissime tamen frustulatum exclusae.*

Obs. 117. *Foetus, qua caput, monstruosus.*

Decur. III. An. V. et VI. Obs. 153. *De Fonticulo, aut potius paracentesi - abdominalis, a natura asctica instituta.*

Obs. 154. *De Hydroke Pectoris.*

Obs. 155. *De Podagra capitis.*

Obs. 156. *De Arthritide vniuersali saluatione curata.*

Obs. 157. *De Quadrigeminis vno partu exclusis.*

Obs. 158. *De Excrefcentia carnosaf in vno et pterygio in altero oculo, ex eryfpelate faciei.*

2. Disput. De *Lue venerea.* Ienae an. 1680. 4.

3. Dissert. inaug. medic. Praef. Faschio de *Morbo Hungarico.* Ienae an. 1682. 4. plag. 4.

4. *Historia epidemica Hungariae, in qua plane singularia, cum de aliis, tum de morbis acutis, imprimis vero de febre petechiali, morbillis, variolis, dysenteria etc. recensentur.* Opera filii, Caroli Friderici, inserta



inserta Appendici Act. Nat. CC. Vol. I. a pag. 17. ad 84.

5. *Succincta descriptio duorum Hungariae medicatorum fontium, quorum alter penes lacum Pisonium in Sempronensi Comitatu, ad pagum Wolfs, alter in Cysri-ferrei Comitatu penes Pinkafeld, enascitur.* Legitur in Append. Act. Nat. Cur. Vol. IV. pag. 1. seqq.
6. *Historia morbi petechialis Au. 1683. Posonii epidemice grassantis.* Carolus Frid. Loewius ex patris schedis recensuit, et edidit in Append. Act. Nat. CC. Vol. II. pag. 24. seqq.
7. *Observationes medicinales Hungariae.* MStum hoc Patris se editurum promisit filius, cum suis annotationibus, in *Commerc. Noric.* an. 1736. hebd. 39. Meminerunt illius Medici quoque Edinburgenses, in *medical Essays* Vol. VI. pag. 480. Plurimum huiuscemodi monumentorum paternae industriae filius meminit in *Append. Nat. CC.* Vol. II. p. 39. Praematuram mortem optimis docti viri conatibus perpetuum imposuisse silentium hodiedum lugemus.

52. LOEW (CAROLVS FRIDERIC.) Adami Loewii supra laudati filius non degener, natus Sempronii d. 20. Mart. an. 1699. Etli vterque parentum praematura morte ereptus esset, in patrio tamen gymnasio, sub doctissimorum virorum institutione, humanioribus in studiis tam feliciter instructus fuit, vt sublimioribus studiis idoneus habitus, anno 1716. post orationem de Temperantia valedictoriam, publice dictam, ab affine suo Windischio, Medico Bassingensi et Modrensi ordinario, fundamenta artis salutaris discere optime posset. Ad academica proinde sic probe praeparatus studia, anno 1717. Academiam

demiam Salanam adiuit, laudabili parentis exemplo prae omnibus animo ad medicinam adplicato. Inter reliquos doctores academicos vtrumque Wedelium primarios duces elegit, reliquos praeceptores Fickium, Teichmeyerum, Hilscherum, Sleuogtium, alios, naetus est, tam felici cum successu, vt post exhibita specimina, doctorali purpura an. 1721. dignissimus haberetur. Doctoris Medici honoribus sic condecoratus, rediit anno eodem Sempronium, verum breui post Vindobonam est euocatus. In ea Metropoli per XVI. annos non solum in Aula caesarea commorantibus Regum Principumque legatis, sed ipsis etiam Sereniss. S. R. I. Principibus plurimis regnantibus, aequae ac aliis, artis salutaris opera praesto fuit; a nonnullis etiam Consilarii et archiatri dignitate ornatus. An. 1738. in Hungariam reuersus, sedem fixam sibi delegit patriam urbem Sempronium, vbi, vt erat rei botanicae amantissimus et peritissimus, ita promptior ad Floram Sempronensem, cuius conscribendae initium ante complures annos iam fecerat, continuandam accessit. Hoc nobile studium indefessa vrgebat opera ad annum vsque 1741. quo mors praematura, laudabilibus eiusdem conatibus interueniens, finem erudito quoque operi imposuit. Id singulari suo merito ab Academia Imper. Nat. Cur. consecutus est, vt eruditae illius Societatis non modo Collega die 18. Oct. an. 1724. cum Pittali nomine salutaretur, sed Praesidi quoque Adiunctus d. 19. Aug. an. 1728. denominaretur. Nec tamen haec vltima fuit honoris accessio, nam Societas scientiarum regia Borussica Berolinensis, misso ne opinanti quidem auctoritatis fideique regiae diplomate, in consortium Collegarum eum recepit.

## OPERA.

1. Dissert. inaug. med. Praes. Wedelio, de *Polypodio*. lenae an. 1721. 4.
2. *Historia epidemica Hungariae* etc. E patris MStoeruit, et Append. Nat. Cur. Vol. I. inseruit. Vid. praeced. artic. num. 4.
3. *Epistola ad Pium Nicol. de Garelli, Equit. Lusitan. S. C. et Reg. Maieft. Consiliar. et Proto-Medicum, Bibliothec. Caesar. praefectum, de morbo complicatissimo paucissimis medicamentis sublato.* Legitur in Append. Act. Nat. Cur. Vol. II. pag. 1 - 24.
4. *Epistola ad Franc Frider. Possinger, S. R. I. Equit. Consiliar. atque archiatrum Caesareum, de morbo petechiali, qui an. 1683. epidemice Posonii grassatus est.* Vid. praec. art. num. 6.
5. *Historia febris catharrhalis, quae an. 1729. mens. Nou. et Decembr. per Europam epidemice grassata est. Accedit constitutio epidemica an. 1730.* Prostat in Append. Nat. Cur. Vol. III. pag. 77. — 120. Recusa Viennae an. 1730. in 4. Germanice sub tit: Kurtze Untersuchung vom Anfang, Fortgang, und Ende des durch gantz Europa an. 1729. im Monath Nou. und Dec. grassirenden und contagieusen Catharr-Fiebers etc.
6. *Succincta duorum Hungariae medicatorum fontium descriptio.* Vid. praec. art. num. 5.
7. *Epistola ad celeberrimos omnium regionum Botanicos, qua de Flora Pannonica conscribenda consilium cum ipsis communicatur, et singuli ad commercium botanicum, mutuaque rariorum plantarum seminumque communicationem inuitantur.* Sempron. an. 1739. 4. plag. 1. Recusa in Append. Nat. Cur. Vol. V. pag.

pag. 145. seqq. item in Aët. Erudit. Lipsiens. an. 1739. pag. 665. Recensetur in Commercio Litter. Noric. an. 1739. hebd. 41.

8. *Observatio de muliere hydropica, grauida credita, sed natura paracentesi sub umbilico faciente, feliciter restituta.* Bruckman Epistol. Itiner. 45. Centur. III. pag. 512.
9. *Dissertatio epistolica ad Martin. Schmeizelium, in qua continetur Catalogus Scriptorum Rer. Hungar. varii, singillatim vero medici et physici argumenti, quos ille vel possedit, vel quorum notitiam habuit.* MScum hoc, cum reliqua supellectili libraria in Bibliothecam Cibiniensem illatum est.
10. *Flora Pannonica, s. Sempronienfis.* Labor plurimum annorum. Herbarium hoc viuum Tomis V. comprehensum in fol. cum adnotationibus, iure mentionis peruenit in Bibliothecam Kastenholtzii, Medici Pofoniensis ditissimi, qui vtinam opus interruptum continuet, et vltima manu addita, bono patriae publico consulturus, in litterariam lucem aliquando edat. Ipsam vero laudatae Florae Sempronienfis descriptionem, Ruppiana methodo digestam, et ordine alphabetico ab Auctore adornatam, doctissimis suis animaduersionibus, praecipue vbi aliqua officinalis occurrit, locupletare studet experientissimus h. t. Sempronienfium Medicus, I. Guil. Deccardus, amicus integerrimus, qui locupletando huic operi plurimum impendit operae.
11. *Historia Regni Hungariae naturalis, cum descriptione cimeliorum Regni eiusdem.* Opus promissum in Flora Sempronienfi.

53. MADAI (DANIEL) Nobilis Hungarus Schemnitzientis, cui, dum Regiomonti an. 1699. Philosophiae et Medicinae Doctor crearetur, inter reliquos fautores amicosue, Iohannes Zabanius, Hungarus, in exsuperatis post strenuum studiorum certamen trophaeis, ibidem typo datis, ita gratulabundus accinit:

*Iam luctus procul est, rident, Vir Clare, penates,  
Causa est quod cuncti tutius arua colant.*

*Mercurius virga Martem obmutescere iussit,  
Bella tacent, pacis fusus ubique sonus.*

*Extra Pannoniam posset tibi Patria dici  
Larga satis, sed iam Pannona chæra magis.*

*I, felix igitur! postquam mastratus honore,  
Quem studiis posuit doctæ Minerua tuis.*

#### ANTI THETICON.

*Perde tuam patriciam, certamque immitte ruinam:*

*Morbos diligito fer opem nullam patienti.*

Inde in Daniam traiecit, et posteaquam in sede regia, Hassniae aliquam moram traxisset, in patriam reuertit, fuitque pluribus annis primum apud Schemnitzienteses, postea in Comitatibus Hontensi et Barfienfi Physicus prouincialis.

54. MADAI (DAVID SAMVEL). Hunc superius statim nominatus Daniel Madai, pater, ex Maria Armbrusteria suscepit Schemnitzii d. 4. Ian. an. 1709. In patrio gymnasio litteris primum eruditus, in chemicis simul et metallurgicis operationibus, manu ductore Carolo Ottone Mollero, celebrato Neosolienlium Medico, exercitatus, ad percipiendas altioris indaginis disciplinas, an. 1729. iter Vittebergam

gam suscepit, paulloque post illud direxit Halam Magdeb. vbi d. 2. Oct. an. 1732. Doctor medicinae creatus est; anno sequenti matrimonio sibi iunxit Mariam Margaretham, filiam Christophori Sigism. Richteri, Orphanotropei Hallensis Practici, quo, anno 1739. mortuo, socero in munere successit. Dicitur est Serenissimi Ducis Saxo-Martisburgensis nec non Principis Anhaltino-Cöthenensis archiater et Consiliarius Aulicus, in Gűsten vero et Seeburg dominus hereditarius. In Academiam Imperialem Nat. Cur. d. 24. Aug. an. 1745. cum honorifico Hermetis V. titulo publice receptus est. *Boernerus* vitam eius dedit in *Nachrichten von ietzt lebend. Aertzten etc.* Tom. II. pag. 363.

## O P E R A.

1. Disput. inaug. med. Praef. Alberti, *de morbis occultis.* Halae Magd. an. 1732. 4. pl. 6.
2. *Szűksűges oktatás, mikűppen kiki a' Dűghalálban  s elragadó betegsűgekben mag t  rizheti s' orvosolhatya.* Halae Magd. an. 1738. 8. pl. 7. Tractatum hunc Christiani Frid. Richteri an. 1709. de Peste germanice scriptum, in idioma Hungaricum hic transfudit, et additamentis quibusdam eapropter auxit, vt Essentiae dulci Halensi inter Populares suos pretium faceret, interspersis passim non paucis eiusdem Essentiae laudibus.
3. *Abhandlung von den sogenannten Kalten oder Wechsel-Fiebern.* Halae Magd. an. 1747. 8. pl. 16. Recensetur a Boenero loc. cit. pag. 368. seq.
4. In Actis Acad. Imperial. Nat. Cur. Vol. X.

Obs. 93. *De variorum symptomatum et excretionum concursu, ex plethora,*

*in cachexia incipiente  
vehementer commota,  
exorta, funesto tan-  
dem exitu termina-  
te.*

Obs. 94. *De Scabie ferina in gra-  
uidis feliciter curata.*

Obs. 95. *De morbo ex polypo aor-  
tae descendentis, cum  
asthmate spastico, et  
hydrope complicato,  
eoque funesto.*

5. *Vollständiges Thaler Cabinet*, P. I. II. III. Koenigsberg, 1765. 66. 67. P. IV. 1774. Voll. IV. in 8. Non est facile inter priuatos, qui tam copiosa atque exquisita Thalerorum collectione gaudeat, quam nemo certe curiosior inuisam praetermittit.

55. MANARDVS (IOHAN. JACOBVS) Natus est Ferrariae in Italis an. 1462. domi in addiscenda Medicina tam feliciter versatus, vt in famigeratissimum sui seculi Medicum euaderet. Hac nominis celebritate allectus Wladislaus II. Rex Hungariae, an. 1513. Budam euocauit, et suum constituit archiatrum: illo an. 1516. 13. Mart. mortuo, eandem apud filium quoque Ludouicum II. Regem iuuenem cum laude administrauit prouinciam, quoad post quinquennii in Aula regia moram, ex his oris, impetrata prius uenia, Ferrariam anno 1519. reuocatus, rediret ad docendam publice in Scholis medicinam, ea quidem cum doctrinae gloria, vt eam quasi ex arce bonarum litterarum prolapsam, in antiquum nitorem restituisse diceretur. Prolis educandae cupidior factus, senex, et articulorum doloribus distor-

tus,

tus, Virginem duxit uxorem, sed prima nuptiali nocte, delideratis intentus amoribus, an. 1536. d. 8. Mart. aetat. 74. suavi morte extinctus, in genitali, vt Astrologus praedixerat, fouea; quod pulcre Latomus sequenti expressit disticho:

*In fouea qui te periturum dixit haruspex,  
Non est mentitus, coniugis illa fuit.*

Paullus Cursius tale posuit Epitaphium:

*Dum Manarde vigil cum prole coronidis esses,  
Vidisti vitam perpetuam esse tuam.*

*At cum formosa cum coniuge Pallade dormis,  
Sensisti mortem curuus adesse senex.*

*Hic nunc clare iaces, et quem Podalirion esse  
Vidimus, annosum sustulit ipsa Venus.*

Icona cum Elogio exhibet P. Iouius in Elogiis doctor. viror. edit. Basiliens. p. 152. Vitam scripsit Petr. Castellanus in Vitis illustr. Medic. Antw. an. 1618. 4. p. 391. Gesner in Bibliotheca sua: Bayle Diction. histor. critic. tandemque Stollus, et infiniti alii. Opera recenset Lindenius pag. 288. item Mercklinus in renou. Lindenio, cum praefixa vita, pag. 632. nec non Manget in Biblioth. Scriptor. medic. suo loco.

O P E R A.

1. *Medicinales Epistolae, recentiorum errata et antiquiorum decreta, peritissime referantes.* Paris. an. 1528. 8. Argentor. 1529. 8. Basil. 1540. Lugd. 1549. 8. Venet. 1557. 4. Hanov. 1611. fol.
2. *Epistolarum medicinalium Libri XX. eiusdem in Io- han. Mesuae Simplicia et Composita annotationes et*



*cenſurae* \*, *omnibus practicae ſtudioſis neceſſariae*.  
*Baſil.* an. 1540. fol. *ibid.* an. 1549. fol. alph. I.  
 tripl. plag. 12. *Venet.* an. 1611. fol. *Specioſiori*  
*ιατρολογιας* titulo, ſ. *Curia Medica* etc. *Han-*  
*nou.* an. 1611. fol. *Epistoliarum harum nonnullae*  
*ſcriptae ſunt in Hungaria*, quae *Historiam quo-*  
*que illorum temporum quodammodo illuſtrare*  
*videntur*: laudantur illae plurimum a viris erudi-  
 tis; iudicium de illis *Conr. Geſneri* exiſtat in *Com-*  
*mentar. Bibliothec. Vindobon. Lambecii Libr. II.*  
*edit. Kollarianae pag. 282.*

3. *In artem Galeni medicinalem luculenta expoſitio*.  
 Hanc *Manardus*, dum *Budae* regis ſanitati con-  
 ſuleret, A. 1515. *Timotheo*, filio ſuo, inſcri-  
 pſit, quam deinceps *Leennius*, cum *Pſello* de vi-  
 ctus ratione, et *Raze* de peſtilentia, iunctim edi-  
 dit, *Baſil.* 1529. in 8. plagg. 5  $\frac{1}{2}$ . *Edita iterum*  
*ibidem 1536. in 4.*

4. *De Morbo Gallico* *Epistolae duae*, et de ligno *In-*  
*dico* totidem. Exiſtant *Operis Veneti pag. 516. fol.*

§6. MELIVS IVHASZ (PETRVS) natus in praedio  
 Horhi Incl. Comitatus Simeghientis, ex nobili ac prae-  
 clara

\* *Plerasque Manardi de ſimplicibus medicamentis cenſu-*  
*ras, etiam Otto Brunfelsius* inſeruit *Noui ſui Herbarii*.  
*Tomo II. in Appendice, de vera Herbarum cognitione,*  
*a p. 31. ad 94. edit. Argentin. 1532. fol.* *Huius, quod*  
*ego poſſideo, margini, tale adſcr. anecdoton Lebelius,*  
*non incelebris per Hung. et Tranſilu. Seculo 16. medio*  
*peripateticus medicus, quod Manardus hic fuerit Ar-*  
*chiater et Io. Auguſti Goſzton, Eppi laurin. in articulis*  
*Dietae a. 1514. notati, quem dein ad Episcopatum Alben-*  
*ſem Tranſilu. tranſlatum, et a Io. de Zapolia, rege,*  
*Coloſvarii miſere trucidatum eſſe, ibidem ille com-*  
*memorat.*

clara familia. Debrecini posuit prima litterarum  
 fundamenta, et emenso triuiali stadio, in Vitteber-  
 gensem an. 1556. se contulit Academiam, vbi in  
 studiis altioris indaginis semet exercuit, et coetui  
 Hungarico, vt Senior, aliquamdiu praefuit. Vix ex-  
 pleto biennii spatio Debrecinum reuocatus, mode-  
 randae et scholae et Ecclesiae hujati admotus est.  
 Ob raram docendi dicendiae peritiam, in sanctiore  
 suorum republica plurimum inclaruit, ita vt primum  
 an. 1560. in tractu Debrecinensi Senior, in Dioe-  
 cesi vero Transtibiscana an. 1562. vnanimi omnium  
 consensione Superattendens crearetur. Primaeuam  
 Ecclesiae catholicae de diuina Christi Seruatoris na-  
 tura, sententiam, in Albana an. 1568. \* et in sequente

G 5

Magno-

- \* *Disputationis huius Albanae Acta* collegit Melius noster,  
 et Casp. Heltaj, Ecclesiastae et typographo Claudiopo-  
 litano, praemisso Prooemio, obtulit, qui illa deinceps  
 Claudiopoli a. 1568. Alph. 1. plagg. 12. excudit hoc ti-  
 tulo: Disputatio in causa SS. et semper benedictae Tri-  
 nitatis, indictione Seren. Principis etc. inter Nouato-  
 res, D. Georg. Blandratam, Franc. Daudis, eorumque  
 affectas, et Pastores Ministrosque Eccl. Dei catholicae  
 ex Hung. et Transilu. qui diuinam veritatem ex scriptis  
 propheticis et apostolicis, iuxta continuum ecclesiae san-  
 ctae catholicae consensum defendendam susceperunt, per  
 decem dies Albae Iuliae habita. Repetita est haec edi-  
 tio per eundem Casp. Heltaj, posteaquam is Vnitario-  
 rum Francisco-Blandratoitarum, vt iam vocabantur, opi-  
 nionibus velificari coepisset. — Eundem Petrum Me-  
 lium agnoscit auctorem *Confessio* quoque *Czengeriana*, De-  
 brechini 1570. in 4. plagg. 4. edita, hoc titulo: Confes-  
 sio vera, ex verbo Dei sumta, et in Synodo Czengeria-  
 na vno consensu exhibita et declarata, per Petrum Melium  
 Horhinum. Illata est haec confessio in *Corpus et syntagma*  
*confessionum fidei publicarum* p. 186. seqq. edit. Geneu. an.  
 1612. in 4. Notandum, quod confessionum harum compila-  
 tor, ex originali editione Debrecinensi sequentia editioni  
 suae inserere neglexerit: 1.) *Epist. Petri Melii ad Iohann-*

Magno Varadina Synodo, contra blateronem Medicum Blandratam, et Franciscum Daudis, haeresiar-  
chas, egregie tuitus est, vt ne ipsi quidem electore-  
gi Iohanni II. illorum labe infecto parceret. Vir hic  
editis scriptis clarissimus fuit: praeter Latinam, He-  
braicae et Graecae linguae callentissimus, Arabicae  
vero, Turcicae, et Germanicae, non prorsus igna-  
rus. Obiit in paroecia Debrecinensi an. 1572. et  
in coemeterio suburbano extra portam Czegledinam  
tumulatum fuisse, monstrat lapis sepulchralis hodie-  
dum superstes. Ob id potissimum Melius hicce no-  
bis commemorandus erat, quod insignem rei herba-  
riae notitiam sibi adquisiuerit, et, edito scripto pu-  
blico non paruae molis, primus omnium Medici-  
nam Galenicam, et studium Botanicum, vernacula  
lingua suis tradiderit popularibus. Libri titulus  
hic est:

## O P E R A.

*nem Regem* scriptam Debrecini d. 10. Aug. 1570. 2.)  
*Litteras Theod. Bezae ad P. Melium*, Geneua. 1570. 7.  
Id. Mart. 3.) *Epist. Melii ad Reuerendiss. ac Magni. D.*  
*Mich. Czákium*, summum Contiliarium et Archican-  
cellarium regiae maiestatis in Transilvania, Debrecin.  
1570. d. 15. Aug. 4.) *Principia in Theologia et Philoso-*  
*phia immora XXII*. auctore P. Melio. Singula haec et  
dogma de SS. Trinitate catholicum confirmant, et histo-  
riam illorum temporum magnopere illustrant. Prostat  
apud nos Csengerina hac, immo et ipsa Heluetica, prior  
tempore *Corfissio*, quae *Tarczaliensi* et *Thordensis* voca-  
tur, tali titulo: *Compendium doctrinae Christianae*,  
quam omnes Pastores et Ministri Ecclesiarum Dei in to-  
ta Hungaria et Transilvania, quae incorruptum Iesu  
Christi Euangelium amplexae sunt, docent ac profiten-  
tur: In publicis Synodis Tarczaliensi ac Thordenti editum  
et publicatum, annis Domini 1562. et 1563. Exemplum,  
quod tenemus, intersertam habet vbique interpretationem  
Hungaricam: Sz. Parakini 1655. alph. I. plag. II. in 8.

OPERA.

1. *Herbarium, az Fáknek, Fűeknek, nevekről, természetekről, és hasznairól, Galenusból, Pliniusból, és Adamus Lonicerusból szedéttettek ki.*

Item in fequente pagina:

*Herbarium, az fáknek, fűeknek, nevekről, természetekről, és hasznairól, Magyar nyelvre és az rendre hozta az Doctiorok Könyvekből, az Horhi Melius Péter. Nyomtatott Kolosvárat Heltai Gáspár-né Mühellyében 1578. éltendőben, in 4. prae-ter triplicem, latinum, Hungaricum, et Germanicum Indicem, continet folia 188. Prout sae-uisientis subinde Bellonae furor reliquos quoque Patriae libros interuertit, ita huius quoque exemplaria adeo effecit rariora, vt vix vnum alterumue, quantum quidem scire licet, iam hodie proffet in tota Hungaria. Quare speciminis loco, in gratiam carissimorum popularium meorum, ex eo itidem Melissam hic describam, prout in artic. Bejthe factum est, vt pateat hoc exemplo euidentissime, quae inter antiquos duos hos Patriae Botanicos intercedat differentia.*

DE MELLISSOPHYLO.

*Melissa. Méhfü. Mellissen.*

*Mellissophylon, az az, Méhec szerető fü, eszt hiyác édes Mézelkénec, feyér az virága, hasonló a' Pészertzéhez, az holt czallyánhoz.*

*Ha ki szakasztod a' virágát édes, eszt hiyác Meliphylonnac, Méhec szerető fünc hiyác Apiastromnac: Hiyác Mellissánac: Hiyác Citrago, Melitheum, Melithoena, az az, Méhettartó fünc. Ez két féle: Egyiknec egy szá! Koroja, széles levele vagyon, a' Jzarából,*

szarából, a levele tövéből, veres és feyér virág iö ki, édes: Ez à iö és igaz Mézelke.

A máfic magas mint à Pefzertze, sárga virága vagy: A máfic erdön fán alat hegyeken terem, igen jó szagu mint à Czytrom. De im ez kertekben fát alat is nö, de eszt nem igen szeretic à Méhec.

Ez érdeit, è szeles levelüt alaczont hiyát *Apiastrum*, *Melissophylon*, *Melitozon*, *Melissa*, *Méhec* szerető jó fü.

### TERMESZETI.

Melegítő, szárasztó, eméfstö, és gyógyító fü.

### BELSŐ HASZNAI.

Ha borban meg főzed a *Melissát* az érdeit, gyakran iszod, Korjágot gyógyit, Mellhet, Tüdöt, tisztit, fuladaft gyógyit, à szüvet erőjiti, a *Melancholiat*, bánatot, ki üzi a' szüből: *Hasfayáft* gyógyit. Igen jó ebböl *Clystert* csinálni *Colica* ellen.

Ha penig meg metéled az erdei *Mézellkét*, egy nap és egy éyel édes borban áztatod: *Azután Alembicom* bon vizét vészted, minden féle belső betegség ellen jó: *Toroc dagadáft*, *Nyelw csap le eseffét*, *Angal tüzét*, *has fayási*, gyógyit. Ha minden nap iszod, à fűvét *hasadra*, *terkódra* kötöd: Söt à *Czokláft*, à *soc hasnac szelit*, *fingáft* meg állattya, à *soc kerödéft*, à ki *Retket* eszic és bögöt, megállattya, *szemet* tisztit.

### KÜLSŐ HASZNAI.

Ha à *szekfü* viragával egy *száczkóban* kötöd, vízben vagy borban meg főzed, *tekerö Czömört*, *has fayáft*, az *Afszfonyember* *matrayát*, meg gyógyittya. Söt *szemérim* *testnec*, *Maynac*, *Lép nec*, *Vésénec* *berec* *kedessét* meg nyjittya.

Ha par-

*Ha parlod vele az Affzonyembert, veret meg inditta,  
Követ ront, minden dagadást, ágyeknac fayáffat,  
has tekerést, meg gyógyit.*

*Ha vizét vészted igen jó Kigyo, dühös Eb marafát vé-  
le mosni.*

*Ha a Zavaros borban bele veted a Melissát, szép sziniü  
teszi.*

*Enne a vize Legyet, és rothadást el üz, nem hadgy a  
hust hamar Legynec migejni.* Famosissimus in pa-  
tria Medicaster, Mich. Váli, homo omnium lit-  
terarum experts, iisdem et verbis, et ordine, ex-  
scriptum hoc Melii Herbarium, suo nomine typis  
edendum obtulit an. 1755. Excellentissimo Co-  
miti D. Georgio Erdödi, Curiae Iudici, cuius  
tunc Aulae egit Medicum; iusseratque liberalissi-  
mus hicce Maecenas tyothetae pecuniam prae-  
numerari: et fuisset editus Liber bonae frugis, ni  
Iustus Ioan. Torkos, Medicus Pofoniensis, ma-  
nifestum tempeltiue detexisset plagium.

2. *Catholica Confessio Vallis Agrinae.* Debrecin. an.  
1562. 4. Libellus idiomate Hungarico scriptus  
sub tit: *Eger Völgyi Nemesség és fegyveres Nép,  
vallás-tétele.*

3. *Magyar Predikatióc, a Prophetác és Apostoloc irá-  
sábol a régi Doktoroknak, Origenes, Chrysofomus,  
Theophylaktus, Sz. Ambrus, Sz. Hieronymus, Sz.  
Agoston, Magiarázások szerint.* Debrecz. 1563. 4.  
alph. 3. pl. 5. Sunt explicationes Epist. Pauli ad  
Romanos.

4. *I álogatott Predikatióc mind egész Esztendő által  
való fő Innepekre.* Debrecz 1563. 4. alph. 2. pl.  
9. De hoc vid. Timonis Epitom. Chronol. pag.  
406. sequ.

5. *Refu-*

5. *Refutatio Confessionis, de Coena Domini Matth. Hebler etc. cum iudicio quatuor Academicarum, Vitebergensis, Lipsiens. Rostochiens. et Francofurt. etc.* Debrecini an. 1564. 8. plag. 11.
6. *Apologia et absterfio Ecclesiae Debrecinensis a calumniis, quibus temere apud Academias et Principes accusatur.* Debrec. an. 1564. 8. pl. 4½.
7. *Samuel és Királyok két Könyveinek Sidó nyelvből Magyarra lett fordítások.* Debrecz. an. 1565. in fol. alph. 5.
8. *Breuis Confessio Pastorum ad Synodum Debrecin. pro dieb. 24. 25. 26. Febr. an. 1567. conuocatorum.* Debrec. an. 1567. 4.
9. *Propositiones de Iah et Iehoua, s. de unitate et trinitate in Deo vero. Item de vera Christi generatione etc. die 2. Augusti disputandae.* Varad, anno 1568. 4.
10. *A Sz. Iánosnak tett Ielenésnek igaz és Irás szerént való Magyarázása Predikátziók szerént.* Várad. an. 1568. 4. alph. 3. plag. 2.
11. *Az igaz Keresztjétségnek rövid fundamentoma.* Debrecz. 1569. 4.
12. *Nouum Testamentum in idioma Hungaricum translatum, et typis Szegediniis editum. Item Catechismus Ecclesiarum etc.* Horum meminit P. Ember, in *Histor. Ecclesiast. Hung.* pagg. 128. et 728. Sed omnia iam interciderunt exemplaria \*.

13. *Tsu-*

\* Nisi hanc Noui Testamenti editionem dictus auctor A. 1703. alicubi a se perfunctorie visam, l. c. litteris vulgasset, ipsa quoque illius memoria in sanctiore nostra republica iam prorsus esset oblitterata; si modo *Meliana* haec fuerit Translatio, et non *Silvesteriana* illa potius, quae

13. *Tudálatos nagy böltsefég, hogy Isten az embereken etc.* Hymnus est, in feriis Passionis Christi publice decantari solitus.

14. *Epi-*

quae translate *Iohanne Siluestro Kolosvarino*, Episcopo Csanadiensi, Ferdinandi Imper. deinceps ad Concilium Tridentinum Legato, (*Thoma* autem *Nádasti*, regni Palatino, sumtus impendente, Maecenate,) *Vj-Szigethuni*, oppido Comitatus Simeghientis, a. 1541. in 4. Alphab. 2. plag. 4. litteris Benedici Abady, typographi, publicata est, et Ferdinandi I. ex Anna sorore Ludouici Mohachensis, filii, Maximiliano atque Ferdinando, dedicata; cuius dein editio repetita est ab *Scamh-fero*, Viennae a. 1574. alph. 3. plagg. 16. quaternis, inscriptaque Maximiliani II. filii, Rudolpho regi Hungariae, et Ernesto, Archiducibus Austriae. Sed vidit Patria anteriorem quoque Noui Testamenti editionem Hungaricam, quam *Gabriel Pestl*, venerab. Capituli Albenfis Canonicus, et Archidiaconus Ugoftentis, a se Hungarica ciuitate donatam, cum gratia et priuilegio Romanae regiae Maiestatis, Vienn. an. 1536. octonis vulgauit. Turpiter igitur falli, solo hoc duntaxat argumento, *Andream Flike-rium*, e. S. I. aperte constat, dum in *re sua litterata Hungariae* p. 30. phaleratis verbis adferere non erubuit: *Artem typographicam non nisi sub finem Saeculi XI. aut initium sequentis, in Hungariam esse delatam, Haereticorum* (si dis placet) *forte opera*, (beneficio dicere debebat,) *qui ut plures errorum suorum libros commodius in populum spargerent, hac arte utbantur.* At scire oportebat acutissimum virum, esse in Augusta Bibliotheca Vindobonensi, item in Bibliotheca Academiae Lipsiensis publica, *Chronicon Anonymi Hungarorum*, impressum *Budae* 1473. in 4. maiore, per *Andream Hff*, typographum regium, quem iussu Matthiae Corufni, ex Italia, ad instruendam in sede regia officinam typographicam, euocauerat *Ladislans Gereb*, regi ad epistolis, et apostolicae sedis tunc Legatus, dein Albenfis in Transilvania Episcopus, quem haeticum fuisse non est credibile. (Hanc ipsam *Chronicam Hungarorum* depraedatus est, et paene ad verbum descripsit *Tuvocius*, in suo *Chronico*, quem deinceps, etiam errantem, fidelissime secutus est *Bonfimus*,



14. *Epistolae duae leguntur in Bibliotheca Fratrum Polonorum Tom. I. pag. 522. ad Dudithium scriptae, dum is desertorem Praesulem, Socinianismi suspectum, exmissis suis ad illum contra Antitritarios Transiluanos scriptis Disputationibus, erroris conuincere, et suo coetui adgregare studet. Vehementius commouit Dudithii animum ea potissimum Epistola, quae 16. Aug. an. 1517. Debrecino scripta est. Huius rei historiam pluribus enarrat Auctor Vitae et scriptorum Dudithii pag. 109. seq.*
15. *Epistola ad Magnif. Caspar. Magoci, Comitem Comitatus Tornensis, scripta Debrecino d. 19. Iun. an. 1572. Sunt prae manibus aliae quoque huiusmodi Epistolae autographae.*
16. *Vt Alcoranum in linguam Hungaricam verteret, voluit Mamhut Bcgius, Praefectus Quinqueecclesiensis, at ille insidiosi huius Dynastae Turcici strata-*  
gema

nus, ut adeo primus fons historiae Hungaricae domesticus, neque Bonfinius sit, neque Turocius, sed ista ipsa Anonymi Hungarorum Chronica.) — Nouimus praeterea, existare Cassoviae *Missale diuinorum officiorum* Ecclesiae Strigoniensis, ex consensu Capituli 1484. Norimbergae editum, sed idem secundum chorum quoque Ecclesiae Quinqueecclesiensis, *Iohannis Paep*, Librarii Budensis, impensis, an. 1499. Budae impressum. Quam inepte igitur *Felkerus*, typographicas in Hungaria origines *ad haereticos* referat, etiam me non monente quibus intelligit. Longe certiora, clarissimus eiusdem ordinis socius, *Stephanus Kaprinay*, historiographus, Vir laude nostra maior, Hungariae diplomaticae p. 70. editus est. Scimus, *Casparem Heltai*, et *Iohannem Hunter*, Claudiopoli illum, hunc Coronae, iam ante medium Saec. XVI. viles sacrae et ciuili reipublicae libros, ex erectis a se officinijs typographicis, vulgasse plurimos, quorum exempla adhucdum sunt in manibus multorum.

gema praeuie elusit, vt videre licet in vita Steph. Szegedi, ad an. 1562. eiusdem locis communibus praefixa, recusa a Melch. Adami in Vitis Eru-ditor. pag. 66.

57. MILLETER, aliter MALETER (IOAN.) Igloviae, oppido ex XIII. Polonicis in Comitatu Scepu-siensi amplissimo, an. 1691. in lucem editus patre perillustri Georgio Milleter, matre nobilissima, Su-fanna Langia. Filium egregiis animi dotibus prae-ditum, primum quidem in variis Patriae scholis hu-manioribus disciplinis imbuendum curarunt; ortis autem in Hungaria bellicis seditionibus, ad Gedanen-se Gymnasium expediuerunt. Exactis ibidem aliquot annis in Academiam Ienensem concessit, vbi praeter reliquas Philosophiae partes, Chemiam, Physicam, Medicam scientiam, et Anatomicam, duce Wedelio potissimum coluit; inde Geram, oppidum Comitum Ruthenicorum, migravit, vbi monstrante viam D. Zopffio, prima morbos curandi edidit specimina. An-no 1716. Incl. Vniuersitatem Lugduno Batauam salutauit, vbi praeter alios Ruischium audiuit, cui in colligendo rerum naturalium rariorum et curio-sarum adparatu, quem Petrus I. magnus Russorum Imperator mercatus in Moscouiam deportauit, cum duobus Medicinae studiosis auxilio fuit. In eadem Academia an. 1717. disputauit pro obtinendo gra-du Doctoris in Medicina, et anno sequenti primo Ianuarii die Igloviam rediit, tantam breui consecutus medendi dexteritate celebritatem, vt Princeps Theodorus Lubomirsky, Starosta XIII. oppido-rum, suum constitueret archiatrum; anno demum 1722. mortuo Ioachimo Schwabio, Comitatus Scepu-siensis, nec non Lib. Regiaeque vrbs Leutschovien-sis, suum ordinarium denominarent Physicum. At

quum mox, ob frequentes ad Principem Lubomirskium, et alios Magnates in vicinam Poloniam, excursiones, muneri publico aequae vacare non posset, id Incl. Comitatus resignavit, retento tamen ad extremum vsque vitae tempus poliatri Leutschouienfis titulo. Coluit etiam fodinas aeris Cyprii, et officinam ferrariam in territorio Igloyienti ad fluvium Gölnitz, perpetuum limitem terrae Scepusiensis et Comitatus Gömöriensis, sitam. Vita ex tumore pedum functus est an. 1755. d. 8. Mart. aet. 64.

## OPERA.

1. Dissert. inaug. med. *de morbo Csömör, Hungaris endemio*. Lugd. Bat. an. 1717. 4. plag. 6. Recusa Lausan. an. 1760. et inserta disputat. Hallerianis ad histor. morbor. et curat. facient. Tom. VII. part. II. n. 260.
2. *Höchstnöthige Erinnerung, wie sowohl die Bewahrung, als auch die Cur selbst, bey besorgender Contagions-Zeit, anzustellen sey*. Leutschov. anno 1739. 4. plag. 2  $\frac{1}{2}$ .

58. MISKOLTZI (FRANCISC.) celebris Chirurgus Iaurinensis, vir senatorii ordinis; quum iam octogesimum fere aetatis annum numeraret, haud ita pridem viuere desit. In linguam vernaculam ex Germanica transtulit Erhardi Norr Institutiones chirurgicas, et publicauit sub titulo:

## OPERA.

*Manuale chirurgicum: avagy chirurgiai Uti-társ, mellyben az egész anatomia, égi jegyeknek ereje, a' testi tagokon külsöképen megeshető nyavalyáknak orvoslása, a' Flastromoknak és Unguentumoknak készítésével*

*tésvél együtt, rövid Kérdésekben és feleletekben elő  
adatik.* laurini 1742. 8. alph. 1. plag. 7.

59. MOLLER (CAROLVS OTTO) Pofonii in lucem editus est die 10. Ian. an. 1670. et absoluto in patriis scholis, quantum per diffidia Tökölyana licuit, studiorum humaniorum cursu, anno 1686. Altdorfium, a patruo suo Dan. Guilielmo Mollero inuitatus, profectus est, ad hauriendas sublimioris indaginis disciplinas. Quatuor heic loci annorum intervallo tantam rei medicae, Hoffmannis et Brunone potissimum manuductoribus, sibi adquisiuit notitiam, vt anno 1696. dignus haberetur, cui summi in arte medica honores deferrentur, et priuilegia. Redux in patriam, Pofonii praxin medicam bono auspiciatus est omine, ibique an. 1702. duxit in matrimonium honestam virginem, Catharinam Fiebingeriam, quam mox anno subsequente Neosolium, futuram habitationis sedem, deduxit. Cum Franc. Rakótzius Hungariae pacem an. 1703. turbasset, eum seditiosi Principis archiater, Langius, ita suadente lib. Bar. et Med. Doctore Hellenbachio, in exercitu tumultuantium castrensem denominauit medicum: ibi stipendium dum septem annis mereret integris, tantam medendi dexteritate in vniuerso regno consecutus est nominis celebritatem, vt sedato nouennali illo irfausto tumultu, solus fere Mollerus diu rem sanitatis inter Magnates administraret, et illius in curandis morbis solius expeteretur consilium, quoad labente tempore plures ex eius scholis priuatis prodirent iuuenes Medicinae Doctores, publicis patriae vsibus profuturi. Hos non modo consiliis et assiduis institutionibus medicis domi iuuit, sed ad altiores quoque exterarum nationum scholas, dato stipendio, promouit, illos doc

forisque non modo liberaliter aluit, sed illustribus quoque collocavit locis. Huius rei testes sunt locupletes viri in vtraque sanctiori et civili republica notissimi, Matthias Belius, Hermann, Knogler, In-  
 stitoris, Simonides, Seuerini, Haynótzzi, Perlitzi, et alii beneficentiae Mollerianae alumni quamplurimi. Bis Noster quotannis, mensibus Majo et Junio, Septembri et Octobri, ad aquas Soterias Comitatum Honth, Turocz, Bars, Nitra, Tren-  
 chin, Szepes, Gömör, Nográd, Borsod, Pesth, Bihar, itinera suscepit medica: plurimum vbique locorum, in frequentibus illis totius regni ciuium omnis generis concursibus, medendi promptitudine et facilitate inclaruit, adeo quidem, vt Hungaricus hicce Hippocrates oraculi instar ab omnibus coleretur. Licuit illi tam esse felici, vt in notitiam quoque Imperatoris Caroli VI. piaer recordationis, perueniret, et ab eo tabulas quoque nobilitatis Hungaricae acciperet, cuius insignia depicta visuntur apud *Burgstallerum* Posoniensem, inter Insign. Nobil. Famil. R. Hungar. decad. II. num. 5. Hac nominis celebritate factum est, vt Viennam, in Augustam quoque inuitaretur aulam, vbi in restituenta Imperatricis Elisabethae labascente sanitate consilium poscebatur medicum. Talia in archiducali illa ciuitate aliquot hebdomadarum spatio edidit clara facinora, quae facile archiattrorum Caesareorum inuidiam excitare poterant. Quum data quauis occasione ad dispendium vsque facultatum esset liberalis; aerarium quoque regium locupletaturus, plus quam sexaginta millia Imperialium in excitandas et colendas metallifodinas, absque subsecuto vlllo fructu, impendit. Auxit eam infelicitatem ferale illud d. 4. Aug. an. 1761. Neosolii exortum incendium, quod trecentas et amplius domos vertit in cineres,

cineres, et centum quinquaginta exussit tristissimo exemplo homines; tum Nostri quoque et domesticae, et librariae suppellectilis partem maiorem, ignis consumpsit. Postremis vitae annis, dum ex anomaliis haemorrhoidum laborare inciperet, primum in frequentem Colicam, deinde in nephritidem calculosam incidit, et mox per vices, quod mirere, aliquot calculorum libras per urethram excreuit; idem quoque vesicae calculus, sed maximae molis, prout ex retracto praeputio conici potuit, adtulit nouissime febrim inflammatoriam, cum subsequuta gangraena et sphacelo vicinarum partium, qui mox finem quoque vitae imposuit anno aetatis 77. Quinque liberis superstitibus, ubi salutaribus prius eos iustruxisset monitis, supremum vale dixit d. 9. Apr. 1747. Fuit is ad mortem vsque Lib. Regiaeque Ciuitatis Neosol. Physicus ordinarius, ante etiam Senator, et Consul aliquoties, Incl. vero Comitatum Zoliensis et Turocziensis Medicus prouincialis; de quo viro *Zabler* in Memor. Medicor. Thorunen. vers. 710. seqq. ita cecinit:

*Ac ne Cassouiae laudes pulcrique Posoni  
Accumulem, queis magna etiam sua nomina crescunt,  
Casibus et morbis Mollerum mille probatum  
(Quid non docta potest pietas?) stupet accola Grani.*

O P E R A.

1. *Positiones de Arnaldia, peculiari morbi specie.* Praef. Dan. Willh. Mollero, patruo. Altdorfii an. 1694. in 4.
2. *Disputatio inaug. med. sine Praef. De diuino in Medicina.* Altdorff. an. 1696. 4.

3. *Consiliū medicum de curanda Peste, cum praeseruatīis.* Scriptum est hoc Germanice an. 1710. quum vero Pestis an. 1739. recrudesceret, Posonii typis excusum. Hoc Ioannes Perlitzi, Med. Doct. et Molleri gener, in idioma Hungaricum transtulit, et adnotationibus auxit, Budae an. 1740. 4. plag. 7.
  4. *Mollers Obseruationes sonderbahrer durch die Essentiam dulcem zu Neusohl in Vngarn geschehener Curen.* Haec Frider. Christian. Richter, praefatione et adnotationibus adauctas, edidit Halae Magd. an. 1706. 8. pleraeque recusae in Merckwürdigen Exempeln sonderbarer durch die Essent. dulc. von an. 1701. bis 1708. geschehener Curen, ibid. an. 1708. Cap. VI. §. 10. pag. 137. seqq. et Cap. VII. §. 3. pag. 148. seqq.
  5. Obseruationes plures exstant in denen Breslauer Natur- und Kunst-Geschichten.
  6. *Thermarum Sklenensium et Vihniensium, in Comitatu Scepusiensi scaturientium, descriptio historico-physico-medica.* Ex vernacula auctoris lingua Matth. Belius vertit in latinam, et inseruit cum additamentis quibusdam, Prodrōmo Hungariae Ant. et Nouae Lib. III. pag. 128. seqq.
  7. *Belitzensium, Bajmotziensium, Pöstheniensium, Rajtzensium, Ribariens. Trentschin. Stubnensium Thermarum, item compiurium Acidularum, descriptioes,* in Praefatione Prodr. Hungar. ant. et nov. promissae, haerent in MSto.
60. MVTINIVS, Venerabilis Capituli Scepusiensis Seculo XIII. Praepositus, Vir medica scientia inclitus. Is a Stephano V. rege Hungariae, Ducis Ladislai, filii sui, Doctor (Medicus) nuncupatur in illo Diplo-

Diplomate, quo Rex Mutinio Praeposito firmat donationem certarum terrarum in Scepusio; ita hoc ad calcem signatum est: *Datum per manus M. Benedicti, Orodienfis Ecclesiae Praepositi, Aulae nostrae Vice-Cancellarii, Anno Domini MCCLXXII. V. Kal. Martii, Indictione XV. regni nostri anno secundo.* Habet hoc Diploma in originali ad manus *Reuerendiss. Wagner*, Cibiniensis ex Sarossienfi Comitatu, Pater e Soc. I. doctissimus; sed apud animum firmiter statuit, diligenter cauere, ne huiuscemodi Instrumenta litteraria ex toto cum Publico communicetur, in *Analectis suis Sarossiensibus et Scepusiensibus, sacris et profanis*, propediem Tomis III. edendis, quibus Bonorum Collationes indigitantur: veritus, ne Iurium alienorum proditor apud suos ciues olim audiat.

61. NEVHOLD (IOAN. IACOBVS), honestissimis parentibus, Sempronii in hanc lucem editus est d. 28. Apr. an. 1700. lactis in patrio gymnasio iis fundamentis, quae ad altiora praeparant studia, anno 1717. mense Aprili Vitebergam Saxonum se contulit, et in alma hac Leucorea primum studium theologicum tractare coepit, mutato vero post tum loco, tum consilio, anno postero studio artis salutaris totum se consecrauit. Ienensem dein et Lipsiensem Academias, studiorum suorum sedem delegit: ita expletis sex annis integris, quos arti apollineae addiscendae impendit, iustum diligentiae praemium, Medicos honores, consecutus est. Quemadmodum vero honor est praemium laboris, ita etiam Noster a reditu in patriam huius ex asse particeps factus est, comitatus enim Neogradiensis dignum eum iudicauit, cui ordinarii Physici prouinciam publice tuendam concederet. Eam dum aliquot annos ornaret, ac-



cessit altera demum dignitas, vt an. 1730. in Comitatum Komaromiensem, ad Physici non tantum, sed etiam praelidii bellici illius propugnaculi. Medici ordinarii spartam ornandam accerferetur: quo gemino officio publico ad an. vsque 1738. pro virili defunctus est. Hoc ipso autem anno paullulum ante Sempronium redux, morbo correptus lethali, die 24. Martii diem obiit supremum. Imperialis Nat. Curiosor. Academia d. 24. Martii an. 1729. suum denominauerat Collegam, quem Apollophanem II. nuncupauit; sed id quoque datum postea est ei honoris ab ea selectissimorum virorum Societate, vt d. 10. Dec. an. 1735. Praesidi Adiunctus salutaretur.

## OPERA.

1. Dissert. inaug. med. Praef. Aug. Quitin. Riuiuo, *de Lienis genuino vsu*. Lipsiae an. 1722. 4. pl. 5.
2. *Exercitatio clinica, de inundatione capitis a sufflaminato refluxu maris microcosmici*, Iaurini an 1730. 4. plag. 8. Recensetur in Act. Erudit. Lipsiens. an. 1731. pag. 164. item in Commerc. Litter. Noric. an. 1731. Specim. 22. pag. 174. Exercitationis huius limatiorem editionem in Commerc. Norico an. 1734. hebdom. 1. ab auctore promissam videre non licuit; forte nec prodit.
3. *Fundamentomos Oktatás, miképpen kelleffék a' Gyermekkel és más felnevelkedett személyekkel a' Himlő és Kanyaro előtt, benne és utánna bänni*. Libellus hic de curandis variolis et morbillis Germanice primum conscriptus, tandem a quopiam in Hungaricum, auctore consultore, traductus, exiit Sempron. an. 1736. 8. plag. 5. Amplissimus Ciuitatis huius Magistratus eum nuper publicis vsibus recudi voluit, sed Collegium nostrum Medi-

Medicum iudicauit, nostro climati, et teneriori infantum aetati, vbique accommodatam non esse mendendi istam rationem, quam A. sequitur; sed nec translationem, delicatae cultiorum in his oris Hungarorum aures, sine molestia ferre potuissent.

4. *Observationum pathologico-therapeuticarum Decas prima*, inserta est Appendici Act. Nat. CC. Vol. III. a pag. 145. ad 184. Observationum illarum series haec est:

- Obs. 1. *De noxiis Cannabis atque Lini, herbarum, nondum exsiccatarum, effluuiis.*
- Obs. 2. *De damnis ex Plica abscissa.*
- Obs. 3. *De inexstirpabili latorum vermium pro-  
genie.*
- Obs. 4. *De febribus omnis generis, expulsi-  
one vermium fuitis.*
- Obs. 5. *De immani dolore dentium, vomitu  
superueniente, momento citius se-  
dato.*
- Obs. 6. *De Hemiplegia, cum aphoniam, hiru-  
dibus et vesicatoriis curata.*
- Obs. 7. *De Essentia dulci Hallensium, tan-  
quam certissimo naturae motus mo-  
derante remedio.*
- Obs. 8. *De Motione mensum periodica ad  
mammas.*
- Obs. 9. *De Haemorrhagia narium menstrua,  
in puella sexenni.*
- Obs. 10. *De Puella itidem sexenni, manifesta  
luis venereae signa ostendente.*

Appendix 1. *Sectio militis per longum tempus melancholici, tandem tabe extincti.*

— — 2. *Illustria noxarum, per curas sic dictas heroicas illatarum, exempla.*

5. *Observationes medicae duae leguntur in Commercio Litter. Noric. an. 1734. Hebdom. I. pag. 2. 3. 4.*

Obs. 1. *De Femina immodico mensum fluxu cum fluore albo laborante, quae lac nigerrimum, quoties voluit, e mammis suis expressit.*

Obs. 2. *De Muliere grauida, cum veris grauiditatis signis, Molam in utero gestante.*

Opera inedita, in superioribus opusculis passim indicata:

1. *Schediasma de aëris Sempronienfis constitutione, respectu sanitatis et inualetudinis. Opus Germanico sermone exaratum.*

2. *Medicus Hungaricus, seu Tractatus medicus, de morbis Hungarorum patriis, eorumque cura genuina, aliis vero falso imputatis.*

3. *Schediasma de Sale cathartico Sempronienfi.*

4. *Dissertatio de noua Purpurae specie, febribus malignis exanthematicis constanter fere superueniente.*

5. *Observationes rerum naturalium, quas Hungaria prae aliis regionibus tamquam sibi proprias possidet.*

6. *Observationum pathologico-therapeuticarum Decas altera et tertia.*

7. *Arni-*

7. *Arnicae laudes et virtutes, nouis plane et peculiaribus exemplis corroboratae.* ●

8 *Introductio ad iurisprudentiam medicam, az az: Az orvosló törvényes, ugymint a' mi Hazánkban igen szükséges tudományra való rövid Vezetés, a' mellyben megmutattatik, miképpen az ujj Medicusok, avagy ahol azok nintsenek a' Chirurgusok, az halálos Sebekről és más efféle orvosló törvényes Kérdésekről való ítéletben magokat okossan viselleyék, hogy se magoknak, se a' Biráknak Lelkek - esmérettyeket meg ne sértfék.*

62. PÆKEN (CHRISTIANVS) natus est in Boruffiae ciuitate Mariae - Infulana (Marienwerder) anno 1694. Patre, viro militari, matura morte erepto, missus fuit Regiomontum, vbi primis litteris imbutus, tandem animum ad rem medicam adiecit: sub praesidio Ehwaldi Professoris medici an. 1717. Disputationem sollemnem habuit *de Venenis*, mox in eadem Academia gradum Licentiati Medici accepit. Anno 1721. ab Incl. Comitatu Gömöriensi prouinciam ordinarii Physici impetrauit, in qua an. 1747. d. 14. Aug. decessit. Id sua eruditione, singulari probitate, et medendi dexteritate effecit, vt ingens in omnium animis sui reliquerit desiderium. Dedit nobis filium sibi cognominem, *Christianum Paecten*, Rosnauiæ au. 1730. in lucem editum, et ibi in bonis moribus et artibus educatum. Finitis an. 1751. studiis academicis, anno ætatis XXI. Doctõris medici titulum accepit Vittebergæ. Redux in Hungariam, ambiit locum ordinarii Physici a patre olim occupatum; qui dum ex auctoritate Illustriss. Comitis Balassa, Iohanni Theophilo Belio, Matthiæ filio, traderetur, constituit relicta patria sub aliud migrare coelum. Fecit id an. 1755. in Moscouiam quippe euoca-

euocatus, primum in exercitu Caesareo Russico stipendia fecit, Medicique fungebatur ad an. 1760. munere; tum obtinuit locum primarii Medici in magno militari Nosocomio Petropolitano, quod simul scholam continet chirurgicam, in qua ii formantur Iuvenes, qui deinde in varias legiones missi, Chirurgorum castrensium loca obtinent. Anatomiae et chirurgiae hic Professor, postea an. 1763. Collegii medici Russici membrum constitutus est, et an. 1764. edicto Imperiali datus ei est titulus Consiliarii Summorum Imperii tribunalium, oblataque simul ea sparta, vt res actas gerendasue supremi Collegii medici in litteras referret, adeoque Secretarii fungeretur munere, adiecto simul pronouis his laboribus peculiari stipendio, et conseruatis omnibus reliquis, quibus ante praefuerat, muneribus. Omnem hanc prouinciam laudabiliter in hunc vsque diem administrare Paectenium, ex litteris d. 10. Ianuar. anno 1770. Petropoli acceptis, intelleximus.

## OPERA.

Diff. inaug. med. Praef. Vatero, *de Causis et effectis Plethorae*. Vitteb. an. 1751. in 4.

63. PÁRIZ PÁPAI (FRANCISCVS). Avum nactus est Franciscum Páriz, honestum ciuem et mercatorem Papensem, Patrem vero Emericum Páriz, a loco natiuitatis Pápai nuncupatum, Principis Georgii Rakótzii II. Concionatorem aulicum primum, et Albae Iuliae, sede Principum Transilvaniae olim ordinaria, Sacrorum Antistitem; matrem nobili ortam stemmate, Christinam Kávási: a quibus anno 1649. Desini, oppido Comitatus Transilvaniae Szolnok interioris, genitus est. Licet patrem annos  
natus

natus XI. in tenera amitteret aetate, prouida tamen amicorum cura, ex gymnasio Marus-Vásárhelyensi, vbi litterarum tirocinia susceperat, in Collegium Bethlenianum, quod hodie ad Viam Anniam floret, studiorum perfequendorum gratia ablegatus est. Ibi vix dum quintum decimum numeraret aetatis annum, iam studiosorum Togatorum coetui adgregatus est: sub manu ductione celeberrimo eo tempore Professorum Paulli, Tsernatonii, Ioan. Nadányi, Steph. Tsergeri, Sam. Enyedi, tantas fecit in bonis artibus progressiones, vt, variis prius scholasticis laudabiliter defunctus officiis, primo supra vicesimum aetatis anno in iter se daret academicum, Lipsiensem reliquasque Saxoniae vtriusque Vniuersitates perlustraturus. Francofurti ad Viadrum plurimum commoratus, inde per Marpurgum facto itinere, Heidelbergam commigravit, vbi oblatam sibi in ea Academia philosophicas disciplinas docendi prouinciam honeste declinavit. Heluetios dein inuisit, Basileae tandem, dum duobus annis Glaeseri, Gernleri, Zvingeri, Wettstenii, Bauhini, Hoffmanni institutionibus et familiaritate vteretur, non modo Doctor Medicinae ad d. 20. Oct. an. 1674. solemniter renuntiatus, sed titulo quoque Adessoris Facultatis Medicae Basileensis cohonestatus est. Non prius reliquit Heluetiam, quam Turici cum Hottingero Theologo, et Muralto Med. Doctore, et Schaffhusae cum Conr. Pejero itidem Medico, arctiorem inuisset familiaritatem. Superatis anno 1675. Patriae limitibus, nostram quoque dum hanc ingrederetur Ciuitatem, magistratus eius inuitauit ad ornandam ordinarii Physici prouinciam, sed neque oblato honestissimo annuo stipendio detineri potuit. Datam Transiluanis fidem liberaturus, in Athenaeo N. Enyediensi, ita volente Mich. Apafio Principe, Professionem

tionem linguae Graecae, Physicae, et Logicae, anno 1675. in se suscepit, eamque prouinciam indefesso studio, inter continuas patriae strages, bella varia, hostium irruptiones, regnorum aliquot vicibus euerfiones, vrbiumque mortes, ipsamque etiam ciuitatis Enyediensis motu Hungariae vltimo Ianienam, Templorum et Collegii direptionem, iuuentutis scholasticae armis hostium factam dispersionem, pro virili XL. annis integris varie exornauit. Vir hic latine, graece, et hebraice doctissimus, Philosophus et Theologus consummatissimus, Historicus promptissimus, Medicus experientissimus, forti tactus apoplexia d. 10. Sept. an. 1716. ingenti totius Daciae damno exspirauit. Tale ipse sibi posuisse dicitur Epitaphium:

*Pacis amans Pacem docui: coluique professus*

*Ipso opere, et veri non semel indicio.*

*Intentus Paci, proprium ius saepe remisit,*

*Et potius duxi Pacis honore nihil.*

*Nec potui tamen hic solida umquam pace fruisi,*

*Pace ita defecto spes erat vna super.*

*Optima nunc rerum peto Pax te, Pacis oliua,*

*Tegmen sub tutum me quia Christus vocas.*

Coniugium, quod illi contigit duplex, vtrumque felix exstitit; quatuor a morte reliquit superstites liberos, Franciscum, celebrem postea apud Transilvanos Medicum, quem d. 1. Maii an. 1689. ex vxore Anna, Andreae Székhalmi, Ministri Principis Apafi aulici, et ad portam Ottomannicam legati, filia, susceperat; Christinam, Petro Nádudvari, Ecclesiae Saxopolitanae in Transilvania Plebano, et Ven. Capituli ibidem Decano, elocatam; Emericum et Andre-

Andream, omnes ex insigni matrona, Iuditha Nyirö, progenitos. Hunc natu minimum, itidem Medicum, illum vero Theologorum ordini adscriptum, qui Patris vitam, dum apud Heluetios studiorum causa ageret, pulcre concinnavit, et Miscellaneis Tigurinæ Parte secunda pag. 186. seqq. inseruit; eam Hungarice descriptam exhibuit Petrus Bodius in Athenis Hungaricis suo loco.

## OPERA.

1. Disputatio inaug. med. Decurione I. Casparo Bauhino, *de tribus consiliis medicis*, Basil. an. 1674.
4. Dum a designato Brabeuta, I. Henr. Glasero, medici hi Nostro deferrentur honores, Praeceptores, Fautores, amici, in *Votis sollemnibus Candidati honoribus nuncupatis*, et Basileensibus typis vulgatis, vario carminum genere eum prosecuti sunt: placet omnium maxime, ob insignem raritatem, Epigramma Valachicum inde describere, quod condiscipulus Theologus, gente Valachus, *Mich. Halicius*, nobilis Romanus ciuis de Karansebes, occinuit:

*Kent szenetate, szerund la roj, Rumanus Apollo,*

*La totz, ketzszvente'n Emperecie Sedetz.*

*De unde cunostince asleptem, si stince: fericse*

*De Amstelodam, pren chetz szte'n omenie typar.*

*Lepse derapte an dat frumosze cfetate Geneva.*

*Ecz vine Franciscus, cinete Leyda, Paris!*

*Prindetz maene Sorory, cu czestz nor ofzpe: nainte*

*Fratzi, Fretaczi, Nymphele, pasze curund.*



*Domny bung, Mary Dočtory, Daszkely, 's bunele  
Domnae,*

*Cu patse ej fitz, cu paenye, si szare, rugem\*.*

2. *Lessus funebris I. Henrico Glasero, Phil. et Med. Dočtori, Anatom. et Botan. Professori P. O. die 5. Febr. an. 1675. mortuo, in academica panegyri iusu Magistratus recitata, Basileae.*
3. *Pax animae. A' Lélek békeffégéröl-éselme gyönyörüségéröl való Trakta. Claudiop. 1680. 8. alph. 1. plag. 19. Est translatio utilissimi Operis Petri Molinaei iunioris, sub tit. La paix de l'ame.*
4. *Rudus rediuuum, seu breues rerum ecclesiasticarum Hungar. et Transilu. inde a prima Reformatione Commentarii. Cibir. 1684. 12. Recuf. in Miscellaneis Tigurinis Parte II.*

5. *Rom-*

- \* *Carminis huius Valachici facta ad verbum interpretatio talis est, vt inde summa linguae Valachicae cum Latina adfinitas liquido appareat.*

*Canto sanitatem, suliendo ad vos, Valachus Poeta, -*

*Ad rotos (Vos omnes,) quotquot sancto in Imperio  
sedetis,*

*Vnde cognitionem expectamus, et scientiam: felicitas*

*Amstelaedami propter chartas stat in omni typo.*

*Legem directam dedit formosa ciuitas Geneva:*

*Ecce venit Franciscus ad vos, excipite eum Leyda, Paris!*

*Prehendite manum Sorores cum nouo hoc hospite: in ante  
(obuiam)*

*Fratres, Fratricii, Nymphulae, pergite (passiren)  
currendo.*

*Domini boni, magni doctores, pastorculi, et bonulae do-  
minae,*

*Cum pace ei fiat, cum pane, cum sale, rogamus.*

5. *Romlott fal felépülése, avagy a' Magyar Országí és Erdé'ji Ekleziáknak Historiája.* Est prioris interpretatio Hungarica, multis nominibus auctior, at per temporum illorum iniuriam lucem videre non potuit publicam: Iohannis Bernárd, Senatoris Debrecinensis, honoribus est inscripta.
6. *Pax Corporis, Az Emberi Test nyavalyáinak okairól, fészkeiről, és azoknak orvoslásáról való Traktá.* Claudiopol. 1690. in 8. Leutschov. 1701. 8. plag. 23. Recusa alias saepius, et nouissime curante filio Andrea, Med. Doct. Claudiop. 1756. in 8. alph. 1. plag. 3. Sunt institutiones medicinae practicae systematicae.
7. *Pax Aulae. A' bölts Salomon egynehány vdlogatott reguláinak rövideden való előladása, mellyek az Embernek itt az életben való bölts maga viselésére, kiváltképpen a' Méltóságban és Méltóságok előtt szükségesképpen megkivántatnak.* Claudiop. 1696. in 12. plag. 12.
8. *Pax Sepulchri. Idvefféges és igen szükséges Elmékedés arról, miképpen kelleffék embernek mind Keresztyénül élni, mind pedig idveffégesen meghalni.* Claudiop. 1698. 12. Recus. ibid. 1760. 8. plag. 11.
9. *Pax Crucis. Sz. David Királynak és Profétának CL. Soltári, mellyek a' Szent Lélek tzéllya szerént száz ötven Konyörgésekben ki magyaráztattak,* Claudiop. 1710. 12.
10. *Ars Heraldica, seu consuetudinum Heraldicarum, quarum crebrior passim vsus, et in Historiis Europaeis mentio, Synopsis,* Claudiop. 1695. 12. pl. 10.
11. *Dictionarium Latino-Hungaricum et Hungarico-Latinum,* Leutschov. an. 1710. in 8. maj. alph. 3.

Recufum Tyrnav. an. 1762. item Cibinii an. 1768. cum additamentis necessariis Rev. Petri Bod, et interpretatione vocum Germanica Felmeri, concionatoris Cibiniensis. Translatum in linguam Valachicam vnum, quod prostat in MSto, exemplum, haud ita pridem Monasterio SS. Trinitatis Bablitarum Balásfalveni ter centum florenis Rhenensibus venditum est.

12. *Isák és Rebeka Házaállása, Magyar Verseken foglalva.* Claud. 1703. 8. Recuf. ibid. an. 1767. 8. plag. 3.
13. *Könyvnyomtatás Mesterjégének tanulmányról és folytatásáról, T. Kis Miklós emlékezetire írott Versek.* Clar. Petrus Bod cum adnotationibus ex MSto edidit sub tit. *Erdélyi Fenix*, id est, *Phoenix Dacienf.* Cibin. an. 1767. 8. plag. 3. Continentur hic Annales typographici Hungariae; eruderauit, quanta potuit diligentia, et officinas typographicas Hungariae, et typothetas singulos, aliis tamen spicilegium reliquit.
14. *Tristium leuamina*, impetrata a Musis suppeticas venientibus, et directa ad expressum earundem Natum, Celsiff. Mich. Apaffi II. electum Transilvaniae Principem, Claudiop. 1694. plagg. 4. in 4. In hoc libello continentur: 1. *Monodia Apaffiana*, vitam et obitum Principis Apaffi I. complexa: 2. *Eiusdem Epitaphium*: 3. *Soliloquium* emortuale Celsiff. Transilu. Principissae, *Annae Bornemisza*, in castro Ebesfalva defunctae an. 1688. Omnia haec heroico carmine expressa sunt: 4. *Carmen Seculare*, Seculo XVI. sub XIII. continuis Principibus orthodoxis decurrente, et iam exeunte, dictum decimo quarto, Michaeli Apaffi II. Principi Transilvaniae: 5. *Ad Celsiff. Princip. Apaffi II.*  
Ode

Ode Iohannis Jacobi Hofmanni, Histor. Prof. Bafileenf. missa an. 1689. 23. Aug. etc.

15. *Paterna Instructio ad filium, Franciscum*, comparandae eruditionis causa ad exterarum Academiarum anno 1710. contendentem. Prostant huiusmodi opuscula in MSto varii argumenti alia quoque quamplurima.

16. *Epitaphia varia, diuerso terminum genere viris egregiis scripta, typis excusa*: leguntur apud Petr. Bod in Hungaro Tymbaule, edit. an. 1764. pag. 51. 52. 88. 89. 93. 95. etc.

17. *Naeniae lugubres in exsequiis V. Cl. D. Iohannis Bekes Horvati*, Bernae Heluetiorum denati, Basileae 1674. in 4. Graecum carmen est, quale saepius composuit. Initium tale est:

Ἀργαλήη ὡς μοῖρα Θεῶ σαΨα λοζὰ τίταινε  
 Ὅμματα, πημάτων πλήθος ποταμός τε διδάττει  
 Φλοῖβος ἐνυαλίς πάντη καὶ πάντα κηχάνει  
 Περτόμενος γονέων πολυειδέα πέντεα τίτων etc.

64. PATERSON HAIN (IOHANNES) Med. Doctor, gente Borussus, in vicina Polonia primum aliquamdiu factitavit Medicinam, postea in Hungariam delatus, Eperjesiensium fuit superiore Seculo plurimis annis poliater, ibi vita functus. Laudes eius Zabler, poeta Hungarus, ita decantat in Memoria Medic. Thorunens. v. 696. seq.

*Hocque Paterfennus senior compendia quaerens  
 Saepe flagellavit morbos, quippe arte secandi  
 Emicuit, non sedta illi suspectior unquam,  
 Non liuor notuit. Viuit post facta superstes  
 Fama Vari.*

## O P E R A.

1. Observationes in Ephemeridibus Academ. Imper. Nat. Curiosor. extant:

Decur. I. An. I. Obs. 62. *De foetus extra uterum propendentis ejulatu, et reditu in uterum.*

Obs. 63. *De Hypochondriaci excretis omnibus nigris.*

Obs. 150. *De Tinctura Coralliorum.*

An. II. Obs. 27. *De Experimentis microscopicis.*

Obs. 28. *De Morbis Hungariae endemiis, et mineralibus quibusdam Hungariae.*

Obs. 29. *De Vtero dehiscente in grauida.*

Obs. 113. *De Auro vegetabili, et vitibus Hungariae aureis.*

Obs. 114. *De Diarrhaea maligna.*

Obs. 115. *De Cochlea in Lucii capite reperta.*

Obs. 116. *In Onyche Helix.*

Obs. 117. *De Experimentis quibusdam chemicis.*

Obs. 118. *De Antipathia ad Mercurium.*

An. III. Obs. 139. *De Draconibus Carpathicis.*

An. III.

An. III. Obs. 194. *De Draconum Carpathicorum cauernis.*

Obs. 220. *De Plica pudendorum muliebrum.*

Obs. 221. *De enematum utilitate, et facili applicatione.*

Obs. 222. *De Lappae maioris experimento.*

Obs. 223. *De Napello.*

Annotatio ad Anni II. obseruationem 28. pag. 55. exstat ibidem pag. 480.

An. IV. et V. Obs. 80. *De Vermibus e stomacho reiectis.*

An. VI. et VII. Obs. 175. *De Vermibus in aceto pomaceo.*

Obs. 176. *De argento viuo, in maiori quantumuis quantitate assumpto, sex diebus in corpore retento.*

Obs. 177. *De anatome epileptici.*

Obs. 239. num. 2. et 12. *De Tithymalo, Cyparissia, et Silice ramofo.*

2. *Singularia et curiosa Hungariae.* Opus in his Ephemeridib. Nat. CC. Obs. 194. An. III. Decur. I. promissum, an lucem litterariam adspexerit, dubito.

65. PERLITZI (IOHANNES DAN.) Natus in Scopusio, patre Elia Perlitzio, Ecclesiae Kesmarkiensis pastore primario, matre vero Anna Barbara Büsche-  
lia, Vratislaviensi, die 29. Oct. an. 1705. Domi in

artibus et disciplinis, quae doceri solent iuuentutem, eruditus, ex patriis gymnasiis an. 1723. in exterarum nationum Academiis se contulit, nobiliores earum in Germania, Belgio, et Gallia peragravit, rem medicam atque mathematicum studia laudabiliter cum Philosophia coniunxit, Vittebergae an. 1727. d. 17. Octobr. Magistri titulum in Philosophia impetrauit, domesticas scholas aperuit, viam sibi ad exornandam cathedram philosophicam publice praelegendo et disputando pulcre aperuit, dein sibi oblatam mutato consilio honeste declinauit. Ultraiecti anno 1728. id. 19. Nov. supremos in salutari arte honores promeruit, et posteaquam anno sequenti Kesmarkinum rediret, et heic loci, et Schemnitzii medicinam faceret, eam nominis celebritatem indeptus est, vt an. 1731. in Comitatum Neogradensem, ad exornandam ordinarii Physici prouinciam, euocaretur, et anno eodem in consortium Collegarum regiae Borussiae Societatis Scientiarum Berolinensis in classe mathematica reciperetur: eodem ab Academia quoque Imperiali Nat. Curios. honore mactatus est, cum eum anno 1742. die 20. Dec. suum diceret socium, et honorifico Archimedis IV. coonestaret agnomine. In Comitibus regni an. 1741. indictis, ab Augusta matre, Maria Theresia, nobilitaribus donatus est priuilegiis. Anno 1754. quo publico muneri valedixit, in praedium Apatfalverse, proprio aere redemptum, quod Lossontzino vicinum est, se contulit, et priuatis nonnisi ab eo tempore vnice iamiam litat musis.

## O P E R A.

1. Dissert. meteorologica de *Hyetoscopia*, *Instrumento mensurandae pluuiiae*, Vitteb. an. 1727. 4. plag. 3  $\frac{1}{2}$ .

2. Dif-

2. *Dissert. de Drososopio, Instrumento mensurando rori apto*, Vitteb. an. 1727. 4. plag. 2. tab. aen. 1.
3. *Specimen Astronomiae Iouialis, sistens formam caeli jovialis, eiusdemque colores*, Vitteb. an. 1727. 4. plag. 2.
4. *Theoria caloris mathematica, noua methodo Medicinae adplicata*, Vitteb. an. 1728. 4. plag. 9. tab. aen. 1. Recensetur in Actis Erudit. Lipsiens. an. 1729. mens. April. pag. 113. In hoc opere auctor multa contra Hambergeri Physicam, eiusque adhaesionis potissimum regulam, addulit, quam cum attractionis principiis minime cohaerere docuit, vnde non leuia illi cum hoc Professore Ienensi intercesserunt vitilitigia.
5. *Dissert. inaug. med. de naturarum diuersarum indagine medica, sub schemate systematis diuersarum machinarum inter se connexarum, feliciter insituenta*. Lugd. Batav. an. 1728. 4.
6. *Orvosi Oktatás a' Pestis és egyéb mérges nyaval yák ellen való Praeservatorúl.* - Sub hoc titulo Consilium medicum de curanda Peste, Caroli Ottonis Molleri, ex Germanico idiomate in Hungaricum transtulit, et adnotationibus auxit, Budae an. 1740. 4. plag. 7.
7. *Testi békeffjgre vezérlő Uti-társ*, Budae an. 1740. 4. plag. 6.
8. *Medicina Pauperum. Szegények számára való házi orvosságok*, Budae an. 1740. 4. plag. 4.
9. *Sacra Themidos Hungaricae ex Medicina illustrata, siue de ratione decidendi casus forenses dubiis physicis et medicis obnoxios, Manuduçtio, Iuri Hungarico, iudiciisque prouincialibus, comitatensibus, et ciuitaten-*



*vitatensibus, praecipue vero Actionibus Fiscalibus accommodata.* Opus hoc typis Budensibus exscribi coeptum, an. 1750. in fol. et compleuisset alph. 3. sed temporum iniuria editio interrupta est.

10. Regiae Borussicae Scientiarum Societati Berolinensi exhibiti Tractatus: a. *De machinis nouis architectonicis:* b. *De Moletrina noua militari, expeditionibus bellicis accommodata:* c. *De machina noua contusoria, comminuendis metallorum mineris apta,* etc.
11. *Casus et curationes medicae selectae ex praxi 40. annorum, et Actorum praxeos Hungaricae, Tomis XX. erutae et excerptae.* Opus hoc, vt et sequentia singula prelum expectant, si quando patronum in infelici hac Patria inueniant.
12. *Miscellanea physico-medico-curiosa:* a. *Thermographia Hungariae comparatiua:* b. *de Aëre, aquis, et locis Neogradensibus:* c. *de curis morborum sympatheticis:* d. *de thermis artificialibus, vaporariis:* e. *de medicina vinorum:* f. *de rei medicae, pharmaceuticae, et chirurgicae, in Hungaria in melius formatione, consilium.*
13. *Miscellanea Physico-mathematica:* a. *Hyetometria et Drosometria, curiosa, cum appendice machinarum et aquaeductuum hyetotechnicorum:* b. *Pyrometria physico-mechanica, cum appendice de machinis pyro-aëro-stathmicis:* c. *de noua machina pneumatico-hydraulica:* d. *Meteorologia medica, fundamentis recentioribus astronomicis superstructa.*
14. *Filum Ariadnaeum praxeos medicae, seu Problemata practica, ad historias morborum et subiectorum felicius concinnandas necessaria.*
15. *Marfilii Ficini, Medici et Philosophi Florentini, opusculum, de vita valida et longa coelitus*  
compa-

comparanda inſcriptum, et Sereniſſ. Pannoniae regi, Matthiae Coruino, an. 1489. oblatum\*: praefatione de attractionibus et repulſionibus aſtrorum in natura non impoſſibilibus, vt et notis perpetuis ad idem opuſculum, ex modernis principiis textui accommodatis, auxit *Perlicius*.

16. *Chriſtiani Kortholti, Chemici Dantiſcani, Episto-  
lae chemicae ineditae, notis illuſtratae.*

17. *De differentia climatis terreſtris a coeleſti, funda-  
mento tam morborum endemiorum, quam et variae  
diuerſorum regnorum, ſub eodem climate coeleſti exi-  
ſtentium, fertilitatis.*

18. *Medicina comparatiua, ſeu de indagine natura-  
rum humanarum in ſtatu tam ſano, quam morboſo, ad  
praxin accommodanda.*

19. *La Balance de la raiſon avec la folie, ou Combats  
des foibleſſes de l' Ame, tirés des devoirs envers Dieu,*  
15 *ſoi me-*

\* *Ficinus*, in adnexo prooemio, audacter aſſerere non eſt veritus, vitam non modo proſperam, ſed longaeuam quoque, regi Coruino, a ſelitibus ſideribus eam eſſe decretam, quam olim Pythagoras et Democritus, Apolloniusque Tyanaeus, ex coeleſtium motu influxuque diligenter obſeruato, conſecuti ſunt. Vt proſperae igitur valerudini et longaeuitati regiae, ſcripto hoc libello, auctor eo validius prodeſſet, *Philippum Valorem*, ſcientiſſimum praceptorum aſtologiae medicae interpretem, ad Matthiam miſit, qui praeter ſolidiora ſtudia, huiusmodi quoque minutiis medico-aſtologicis, gene- thiacis, phyſiognomicis, magicis, necromanticisque, Bonfinio et Galeoto teſtibus, plurimum delectabatur. At ſublimis illa aſtrorum ſcientia medica vtrumque vehementer ſefellit; rex enim mox ſecuto an. 1490. apoplexia taetus interiit, neque ipſe ille celebris aſtralis medicinae turgidus iactator, vitam vltra annum aetatis 66. producere potuit.

*soi meme, et le prochain, pour mettre en effet les principes de la morale, par la destruction des mauvaises coutumes, et la resuscitation de la Vertu.*

20. *Introductio in praecognita eruditionis vniuersae, tribus sectionibus comprehensa: 1. de linguis et earum cultura: 2. de prudentia recte discendi et docendi: 3. de prudentia studiorum realium recte instituenda. Appendix adiecta est, de instituenda ex omnibus Bibliotheca compendiosa, Politico Hungaro conueniente.*
21. *Conspectus Iurisprudentiae Hungaricae, methodo mathematica elaboratae, et in duos Tomos, theoreticum et practicum, divisae, praemissis praecognitis Iuris ex philosophia rationali et morali.*
22. *Tractatus iuridicus, de collatione, abalienatione, et acquisitione bonorum pro fidelibus seruitiis facta, methodo per axiomata, scholia, theoremata et problemata, mathematicis familiari, elaborata.*
23. *De instituenda in Hungaria societate litteraria erudita, et conferendis ad illustrationem rerum patriae symbolis.* Insignis hic Hungariae nostro aevo vir polymathes habet plura etiam huiusmodi opera manuscripta, prelo destinata, quae iam tædet recensere.
66. **PETRVS**, Hungarus, Comitum Kitilen Hungari filius, fuit primum Episcopus Narniensis in Umbria: post infelicia Rayneri a Slavis Maharensibus an. 1180. lapidati fata, anno sequente eum Bela III. Hungariae rex, frustra renitentibus, et priuilegia sua de eligendo nouo Archipraefule iactantibus Spalatenis, ad Metropolitanam vrbis illius dignitatem, apostolica vsus auctoritate, transtulit. Hunc Alexander III. Romanus Pontifex, cuius electionem  
noua

noua confirmauit Bulla, *Virum litteratum, honestum, prouidum, ac discretum* adpellat. Petrus hic IX. et in ordine reliquorum Archiepiscoporum Spalatensium LXXXIVtus, primo pontificatus sui anno, Episcopatum Corbauientem fundauit, in Synodo illa prouinciali conuocata, cuius Statuta recenset *Lucius de regno Dalmatiae et Croatiae* Libr. III. cap. 13. edit. Schwandtnerianae Scriptor. rer. Hung. Tom. III. pag. 237. seqq. quae Vrbanum III. Summum Pontificem an. 1185. confirmasse ibidem docetur. Id nouissime singulari suo merito apud Belam regem consecutus est, vt infulis Colocentibus in patria ad-moueretur, idque anno seculi duodecimi octogesimo quinto aut sexto, prout Rev. P. *Nic. Schmith*, e Soc. Iesu, in *Episcopis Agriens.* Tom. I. pag. 97. opinatur; licet *Thom. Archidiaconus*, duobus duntaxat annis ecclesiae Spalatinae praefuisse memoriae prodiderit *Histor. Salonitanae* cap. 23. pag. 566. Ex eodem edocemur Archidiacono *ibid.* cap. 19. pag. 559. de Petri, Archiepiscopi huius Colocensis, illius nominis primi, gente, moribus, doctrina, eruditione medica, et aduentu in Hungariam hoc modo: Abrogato Gaudio per Pontificem Archiepiscopatu, *tertius quoque substitutus est Archiepiscopus, Petrus Lombardus*, (apud Timonem in *Epitome chronolog. rer. Hungar.* pag. 21. publico Instrumento Hungarus dictus,) *qui dum ad eundem Gaudium gratia visitationis accederet, vidit adhuc episcopalem anulum gestare in digito; quamobrem vehementer eum redarguens, extraxit anulum de eius digito, et abscissit. Fuit autem Petrus isle primo Episcopus Narniensis, vir magnae scientiae, et honorum morum actibus decoratus. Erat autem praecipue eruditus in scientia physicali, ita vt, respiciendo in faciem sani hominis, praenosceret, quo aegritudinis genere, et quo foret tempore*

pore inuadendus, quoue medelae antidoto posset languoris euitare discrimen. Hic itaque cum aliquot annorum curriculis Salonitanae feliciter praefuisset ecclesiae, profectus in Hungariam, mortis debitum soluit, sepultusque est in ecclesia S. Mariae in Alba: ob eius laudabilis vitae conuersationem in magna veneratione ab incolis regionis illius eius tumulus habebatur. Vide de hoc Petro Hungaro, Narniensi Episcopo, Ferdin. Vghelli Italiae Sacrae Tom. I. item nuperi scriptoris, Rev. Michaelis a SS. Trinitate e Schol. Piiis Nates Archiepiscopatus Colocensis et Batfensis unit. pag. 30. seqq. Iuuabit verbo monuisse, quandoquidem Nolter hicce Petrus in ecclesia Spalatensi sibi cognominem, eumque natione Hungarum, natus est, a discessu successorem, istos duos Petros ab omnibus fere confundi historicis.

67. PIPERELL (EZECHIEL) Med. Doctor, felix apud Sarossienfes exeunte Seculo XVI. Medicus practicus. Huic, dum Helenam Zarram in matrimonium duceret, Hymenaeum cecinit Caesareus Laureatus Poeta, et Rector Casfouiensis, Iohannes Bocatius, Hungaridum Libro III. pag. 317. 318. edit. Bartfens. an. 1599.

*Certe ego faeminei si par essem aemula sexus,*

*Sique alicui vellem nubere sponsa viro:*

*Nemo meus fieret vir, quam qui pharmaca doctus,*

*Ipse Machaonia nobilis arte foret. etc. etc.*

*Ergo Piper Piperelle Lini dulcedine misce*

*Ambrosiam et nect̄ar funde suauē thoro. etc. etc.*

*Quem velut Hippocratem haec suspicit Hungara  
tellus,*

*Quem Proceres et quęm subdita turba colunt.*

*Et cur*

*Et cur non? medicas felix curando per artes  
 Cum sibi propitium cernat adesse Deum.  
 Quod reor, exemplis clarat, duce Christo, et in omnes  
 Se fama spargit nobiliore viros. etc. etc.*

Ibidem pag. 501.

*Te Piperellus adit, Phoebi perlustris ab arte,  
 Notus Hyperboreis, Hesperiiisque plagis. etc.*

8. PREYSIVS (CHRISTOPHORVS). Virum hunc latine potissimum egregie doctum, Philippus Melanchton in suis Epistolis, quarum LIV. numero ad Nostrum scriptae leguntur Libro V. Epistolarum edit. Norimb. an. 1646. 8. constanter, pro more illius seculi, a patria *Pannonium* adpellat. Petrus vero Monedulatus Lascouius, Hungarus, in Praefatione, de Homine, magno illo in natura miraculo, Pofonij natum dicit, Vittebergam an. 1536. Iusto Iona Academiae fasces tenente, tractandorum studiorum causa fuisse profectum: ibidem accepisse Artium et Medicinae titulos. Poeseos fuit Professor et Eloquenticiae, et Rector Academiae annis 1543. et 1553. Francofurti ad Viadrum, nec non Electoralis Secretarius. Plura de eo videri possunt in Notit. Academ. Francof. Becmanni, et Czuitting. Specim. Hung. Litter. pag. 286. et 308.

OPERA.

1. *Elegia ad D. Nicolaum Perenottum a Granuella.* Basil. an. 1549. excusa, cum Guil. Paradini, de antiquo Burgundiae statu, Libello: Vid. Simler in Epitom. Biblioth. Gesneri fol. 123.

2. *M. T.*

2. *M. T. Ciceronis Vita, studiorum et rerum gestarum historia, ex eius ipsis Libris testimoniisque potissimum obseruata atque conscripta.*
3. *Oratio de imitatione Ciceroniana.* Vtrumque hoc opusculum coniunctim prodit Basil an. 1555. 8. Quibus Caspar Peucerus Elegiam gratulatoriam praemisit, cuius postrema disticha sequentem in modum Auctoris facundiam et doctrinam exprimunt:

*Ergo Viri docti merito nos Scripta probamus,  
Nobile cui nomen Pannonis ora dedit.*

*In quibus eloquii commendat diuite vena  
Hunc, qui dicendi fons et origo fuit.*

*Ipse suae seriem si vellet scribere vitae  
Tullius, aut Latio commemorare foro:*

*Tali forte stilo, verbis vel talibus usus,*

*Possset cum rigida plebe mouere patres.*

*Aemula tam tenet hunc Ciceronis cura sequendi,  
Cuius quod cernis dextera scripsit opus!*

Huius filius fuit *Valentinus Pannanius*, aliter *Preisß de Springenberg*, Francofurti ad Oderam genitus die 29. Apr. an. 1553. Posteaquam varias diuersarum prouinciarum perlustrasset Academias, Valentiae Gallorum an. 1584. mense Septembre Medicinae Doctor dictus est. Elbingam profectus clinicam aliquamdiu exercuit, et vbi Regiomontum accessit an. 1588. in Professore Medicinæ primarium et Physices inauguratus est, functus eo munere ad annum vsque 1594. Sexies fasces Rectoris tenuit in ea Academia anno 1588. 1589. et quatuor deinde vicibus. Obiit d. 28. Nou. an. 1601. Vid. *Arnoldi Historiam Vniuersitatis Regiomontanae*.

*montanae*, Germanice conscriptam, Part. II. pag. 300. et 406.

69. RAYGER (WILHELMVS) S. R. I. Eques, et Statuum inferioris Austriae Physicus ordinarius, et Praeſicus Viennensis, vt celeberrimus, ita etiam felicissimus: natus est Vindobonae an. 1600. Tubingae d. 27. Oct. an. 1624. edita Dissertatione *de Gastrologia*, Praefide Moeglingio defensa, in Doctorem Medicinae promotus. Is ob disturbia Religionis an. 1636. in Hungariam migravit, et Pofonii sedem figens, ibique felicissimam praxin exercens, ex commendatione Paliorum aliorumque Magnatum, Nobilitate quoque Hungarica a Ferdinando II. Imper. donari meruit, cuius insigne aeri incisum exhibetur in Insignibus Nobil. Familiar. R. Hung. in Mantissa num. 5. In hunc vsque diem celebres sunt eius Pulveres contra arenam et calculum renum, quibus Imperatores plures vsi sunt, nunc quoque Principes Germani et Itali, bono cum successu, vtuntur. Proneptis Susanna Catharina Raygeria, Iusti Ioannis Torkos, Medici Pofonienſis vidua, religioni sibi duxit, secreta huius \* nephritici pulveris prodere. Fatis concessit Raygerus Pofonii anno 1653. sed ante triennium iam sibi posterisque suis locum humationis in Dormitorio Euangelicorum Aug. Confess. selegerat, sequente Inscriptione ornatum:

A. D. O. M.

\* At pulverem hunc mysticum non nisi ex lapidibus cancrorum, testis ouorum, et clausura limacum compositi, ab amico integerrimo, Medico, cui sub sacra silentii fide detectus fuit, nuper admodum, mortua vidua, edoctus sum certissime; igitur a Zwelferi, vel aliorum pulueribus nephriticis, parum oppido differre, iam intelligitur.



A. D. O. M.

WILHELMVS RAYGER

Philosophiae et Medicinae Doctor  
ac Illustr. P. P. infra Onasum Physicus

Mortalitatis memor

Hunc locum sibi suisque

Quo corpora animabus in aeternitatem  
auolantibusHumentur delegit et aere suo  
comparauit

Anno M D C L.

70. RAYGER (CAROLVS) prioris filius, ex Anna Maria Knogleria, Posonii an. 1641. d. 22. Sept. susceptus. Postquam liberalis doctrinae elementa domi arripuisset, anno 1659. Altdorfinam academiam adiit, anno 1661. Vittebergam, et sequente Argentoratum: hic praeceptoribus in Medicina Melchiore et Alberto Sebiziis, patre et filio, usus, Anno 1665. Lugdunum Batau. sedem studiorum elegit, et Syluii potissimum institutionibus delectatus est; inde Parisios, anatomicis et chirurgicis litaturus, excurrit; Montem pessulanum digressus, in Horto Dei dicto Botanicis incubuit. Elapso semestri spatio Argentoratum reuersus, Doctoris in Medicina gradu ornatus est anno 1667. Hinc tota fere peragrata Italia, anno 1668. Posonium reuersus, praxin per XXXIX. annos exercuit, diuersorum Regni Hungariae Statuum archiater, adeo clarus, vt archiatria quoque apud Leopoldum Imperat. ei oblata fuerit. Anno 1694. d. 24. Dec. titulo Philonis II. in Societatem Academ. Imper. Nat. Cur. receptus est. Annis quinque maior sexagenario diem obiit supremum Posonii,

Pofonii d. 14. Ian. an. 1707. cui Sacrum parentale loci Concionator Aulberus recitauit. Elogium Genfelius fcriplit, infertum Ephemer. Nat. Curiofor. Centur. VII. et VIII. appendici pag. 190. feqq. Tale, quod fequitur, adpenfum eft Epitaphium:

Sifte gradum Viator!

Hic iacet

Vir magni nominis,

Carolus Raygerus D. Phificus Pofonienfis,  
Academiae Caefareo - Leopoldinae Collega,

Qui omnia quieti momenta furripiens,

Vitam propemodum omnem ftudiis fecerat veftigalem,

Philtro quodam Palladis deliciarum delibutus,

Foeminas Pindo facras deperiens,

illisque fe totum mancipans;

Vtiliffimum vitae focialis et Patriae euafit Membrum,

Multos olim iuuandos antidotis iuuans,

Fati neceffitate nondum occupatos,

Se vero eadem praeuentum iuuare

Voluit, debuit, haud potuit:

Ortus, mortuus, oriturus,

Fata, eheu Fata!

Summorum fatorum arbiter Deus,

Qui eum tot peragrantem regna et prouincias,

totque fatorum discriminibus expositum, iuuuit,

aeternum iuuabit.

Interim

Monumentum aere perennius pofuit duraturus

in marmore

Amor

Iohannis Adami Genfelii,

qui

Collegae vitam gratæ pofterorum, qua potuit, pietatis  
 fignificatione,  
 memoriae infulpere voluit.

Abi Viator!

Cogita, pondera tenue momentum inter omnia  
 et nihil!

Vale.

## O P E R A.

1. Differt. med. Praef. I. Alb. Sebizio *de inedia*. Argentor. an. 1664. 4.
2. Diff. inaug. med. fine Praef. *de Saliuae natura et vitiis*. Argent. an. 1667. 4.
3. *Obferuationum medicinalium Centuria a D. Paulo Spindlero Pofonii confignata, ftudio et opera Caroli Raygeri collecta, in ordinem redacta, fcholiis, propriisque obferuationibus aucta. Accessit D. Mart. Rulandi Sen. Thefaurus medicus, continens aurea medicamenta, pro omni aetate et sexu, contra omnes morbos etc.* Francofurti, an. 1691. 4. alph. I. plag. 20. Recenfetur in Act. Erudit. Lipfienf. an. 1691. pag. 31.
4. *Iacobi Rolandi de Belebad Agloffoftomographia, fue Descriptio oris fine lingua quod perfecte loquitur, et reliquas fuas functiões naturaliter exercet: e Gallico in Latinum conuerfa, et adnotationibus illustrata. Exftat in Ephemer. Nat. Curios. Decur. I. an. III. appendice pag. 481. feqq.*

5. *Confi-*

5. *Constitutio epidemica Pofoniensis annorum 1695. 1696. 1697.* Inserta legitur Appendici Ephemerid. Nat. Cur. Decur. III. An. V. et VI. pag. 174.
6. *Observationes medicae Ephemeridibus Nat. Curiofor. insertae:*

Decur. I. Annus I. Obseru. 7. *De Anatomia Monstri bicipitis.*

Obs. 278. *De periculosis Capitis vulneribus.*

Obs. 279. *De maxilla inferiore tota ore cadente.*

Obs. 280. *De capite monstroso sine cranio et cerebro.*

Obs. 281. *De febre maligna cum exanthematibus miliaribus.*

Obs. 282. *De Valuulis cordis offeis.*

Obs. 283. *De Calculo in vesicula fellea humana.*

Obs. 284. *De mitione materiae albae, crassae, viscidae, Acidulis Egranis curata.*

Obs. 285. *De calculo adnato grumo sanguinis.*

Obs. 286. *De Volatica.*

Obs. 287. *De abscessu infimi ventris per umbilicum euacuato.*

An. IV. et V. Obs. 1. *De defectu arteriarum spermaticarum.*

- An. IV. et V. Obs. 2. *De Lapide serpentis pileati.*
- Obs. 3. *De paracentesi ascitici, et de femina anasarca laborante, aperta.*
- Obs. 4. *De Parotidibus.*
- Obs. 5. *De aurium vermibus.*
- Obs. 6. *De repentina, morte cum tota corporis inflatione.*
- Obs. 7. *De pleuritide post morbillos sine venae sectione curata.*
- Obs. 8. *De pleuritico curato, cui ex assumpto incaute vomitorio varia symptomata.*
- Obs. 9. *De paralyfi uniuersali post variolas.*
- Obs. 10. *De Cardialgia miris symptomatibus stipata, tandem lethali.*
- Obs. 11. *De asthmatica aperta.*
- Obs. 12. *De Abscessu abdominis ingenti, et rarae magnitudinis, feliciter curato.*
- Obs. 89. *De Vermibus cum niue cadentibus.*
- Obs. 90. *De Fungis monstrosis et insolitae formae.*

An. VI. et VII. Obs. 200. *De Lacrymis sanguineis.*

Obs. 201. *De epilepsia infantum.*

Obs. 202. *De quibusdam in disse-  
ctione recens natorum  
obseruatis.*

Obs. 203. *De malignitate occulta,  
catarrhum in pectore  
mentita.*

Obs. 204. *De abortu bis venae se-  
ctione impedito.*

Obs. 205. *De obseruatis quibus-  
dam in icteri cura-  
tione.*

Obs. 206. *De calculo per scrotum  
excreto.*

Obs. 207. *De alapa lethali.*

Obs. 208. *De gangraena sponta-  
nea tali, cum asth-  
mate.*

Obs. 209. *De oleo lini cum hae-  
moptysi.*

Obs. 210. *De phthisi et morte ex  
potu frigido.*

Obs. 211. *De Visus priuatione,  
omniumque membro-  
rum tremore, ex totius  
corporis refrigera-  
tione.*

Obs. 212. *De epilepsia, apoplexiae  
superueniente, lethali.*

An. VI. et VII. Obs. 213. *De catarrhis an. 1675. per autumnum grassantibus.*

Obs. 214. *De sero lacteo venae sectione extracto.*

Obs. 215. *De serpente ex homine post mortem prorepente.*

An. VIII. Obs. 57. *De Hippomane.*

Obs. 58. *De foetu casino a puero per aluum excreto.*

Obs. 59. *De Morphaea nigra.*

Obs. 60. *De utero putrefacto, illacso foetu.*

Obs. 61. *De Phthisi, et morte ex vulnere pulmonum.*

Obs. 62. *De mirabili quadam odontalgia, et innoxia opiatorum continuatione.*

Obs. 63. *De quibusdam in Dysenteria obseruatis.*

Obs. 64. *De Puella sine cerebro vitali.*

An. IX. et X. Obs. 109. *De innoxie deglutitis.*

Obs. 110. *De hemiplexia ex ischuria.*

Obs. 111. *De Livore totius corporis periodice recurrente.*

Obs. 112. *De sera dentitione.*

Decur. III. An. II. Obs. 21. *De Formicis volanti-  
bus.*

Obs. 22. *De Locustis volanti-  
bus.*

Obs. 23. *De Nadragulya anti-  
podagrico remedio.*

Obs. 24. *De Liene rupto.*

Obs. 25. *De ore sine palato.*

Obs. 26. *De pinguedine in abdo-  
mine tumorem tym-  
panitico similem effi-  
ciente.*

Obs. 27. *De trigeminis successi-  
ue editis.*

Obs. 28. *De Pufione Empusa.*

An. III. Obs. 134. *De Nasturtio albo an-  
tiarthritico.*

Obs. 135. *De enormi haemorrha-  
gia uteri saluo foetu.*

Obs. 136. *De hydrope ex catarrho  
salutari.*

Obs. 137. *De Asthmate ex hydro-  
pe pectoris.*

Obs. 138. *De Febre tertiana in-  
termittente oedema-  
tosa.*

Obs. 139. *De Mesenterio abscessi-  
bus scatente.*

7. *Observatio de Puella sine cerebro nata.* Exstat in  
Bibliotheca Dan. Clerici et I. Jac. Mangeti anatomi-  
ca, edit. Geneu. an. 1685. in fol. Libr. II.



8. Opera, quae in MScto reliquit, haerent hodie-  
dum in scriuiis haeredum: a. *Diarium Obserua-  
tionibus prope trecentis refertum*: b. *Responfa et  
confilia medica*: c. *Constitutiones aëris ab an. 1647.  
ad an 1705*. d. *Ephemerides de endemiis et epizoo-  
micis Hungariae*: e. *Commentarius in Wirtherum  
de admirandis Hungariae Aquis*. Huius editionem  
se procuraturum non vice simplici promisit I. Iu-  
stus Torkos, Pofoniensium Medicus celeberrimus,  
at cum ille nuper admodum e viuis excesserit,  
filius non degener, Iohannes, Medicus pra-  
cticus in patria ciuitate, stabit forte patris pro-  
missis.

71. RAYGER (CAROLVS) Wilhelmi nepos, prioris  
Caroli filius, anno 1675. ex Iuditha Catharina, Mat-  
thiae Bohaim, Leopoldi Imperatoris summi aera-  
rii bellici Praefecti, filia, Pofonii natus. Hic an. 1693.  
Altdorffum missus est, vbi per tres annos, deinde in  
Italia et Belgio per biennium, medico studio litauit,  
et anno dein 1698. Altdorffi Doctõris gradum in  
Medicina obtinuit. A reditu in patriam amplissi-  
mam exercuit praxin medicam, fuit Excellentissimi  
quoque Regni Hung. Palatini, Nicolai Pálfi, et plu-  
rium Magnatum archiater. Hic magna industria  
Aduersaria Patris in ordinem redegit, simulque Ob-  
seruationibus praecticis exornauit; multa consignare  
meditatus; sed praecox fatum filii praecocis in-  
genii eum adeo adtriuuit, vt plura scribere fastidie-  
rit. Mortuus est die 5. Febr. an. 1731.

## OPERA.

1. Disput. med. Praef. I. Mauriti. Hoffmanno, *De  
Fluidorum catholicorum foetus motu*. Altdorf. an.  
1695. 4.

2. Dis-

2. Dissert. inaug. med. sine Praef. *De Labrisulcio, seu Cheilocace.* Altd. an. 1698. 4.
3. *Observationes anatomico-medicae de Membro bicorporeo virgineo an. 1701. d. 26. Oct. in Pannonia, in possessione Szöny, ad Comaromium, edito, atque an. 1723. d. 13. Febr. Pofonii, in Coenobio Monialium S. Ursulae vita functi, et ibidem sepulti.* Has ex Ephemeridibus Car. Raygeri collegit, descripsit, et Transactionibus Philosophicis Anglic. Vol. L. Part. I. anni 1757. pag. 311. inseruit I. J. Torkos, Med. Pofoniensis. Iuabit, hic monstri illius Hungarici bicorporei anatomicam dissectionem, in gratiam Popularium meorum, exhibere, prout eam Eruditi Lipsienses, ex Actis memoratis excerptam, in Comment. de Reb. in Scient. nat. et med. gest. Vol. IX. Part. IV. pag. 686. in compendio descripserunt. *Corpora ad nates tantum coalita erant, et effectus imaginationi matris, quae canes coeuntes cohaerere viderat, tribuitur. In partu, primum Helenae corpus ad umbilicum usque, post tres horas pedes cum annexo corpore sororis Iudith, prodire. Ambae, licet infra lumbos coalitae, ita tamen dispositae erant, ut sedere, et lento gressu procedere et recedere potuerint. Unus communis anus exitus inter dextrum semur Helenae et sinistrum Iudithae collocatus, cumque unicus intra quatuor pedes, ita, ut in situ corporum erecto non conspici potuerit; una itaque excretionem alui moliente, altera visum egerendi simul sensit. Urinae viae du-plices, hinc stimuli diuersi. Anno sexto Iuditha paralyti lateris sinistri laboravit, et conualuit quidem, sed semper tardior et supinior fuit quam Helena. Variolas et morbillos communes habuerunt, reliquos morbos non aeque: v. c. Helena pleuritica erat, Iuditha*

*tha mitiore febre interea laborauit. Anno decimo sexto menstrua comparuerunt, quae per reliquum vitae tempus successerunt, sed nec aequali tempore, nec similibus incommodis; Iuditha enim hystericis affectionibus laborabat. Anno aetatis vicesimo secundo d. 28. Febr. Iuditha conuulsa comatosa mansit vsque ad mortem, quae non diu post contigit. Helena interea febricula laborauit, cum lypothimiis, tribus tamen horae minutis citius obiit quam Iuditha. Dissectio post mortem sequentia ostendit: In Helenae corpore omnia viscera sana erant, in Iuditha cor magnum denso pericardio obuelatum, pulmo dexter putridus. Omnia viscera in utroque corpore distincta erant, et aorta et vena caua utriusque corporis, antequam iliacos ramos exhiberent, in unum canalem coaluerant, vaginae duae, et recta intestina duo, in fine coaluerant in communem canalem, externa tamen pudenda omnes partes distinctas referebant. Ossa sacra in unum corpus coaluerant.*

NB. Hos duos Carolos Raygeros vniuersale Basileense Iselii Lexicon male confundit.

72. RAYMAN) IOHAN. ADAM \*.) Natus an. 1690. Eperjessini, postquam prima studiorum rudimenta in patriis scholis rite hauserat, abiit in Germanorum, deinde in foederatorum Belgarum Academias; nouil-

\* Pater huius, *Adamus Rayman* fuerat, quem Comitatus Trenschiniensis ad Synodum, Rosenbergae a. 1707. coactam, plena auctoritate ablegauit, estque ibidem. unanimi consensu *Consistorii*, in partibus interioribus Hungariae cis Darubium sitis erecti, *Affessor* constitutus, simul et *Notarius*, aperte id testantibus Actis dictae Synodi Rosenbergenfis, Solnensibus typis a. 1708. in 4. exscriptis, et adiectis ad Acta et conclusiones Synodorum Solnae a. 1610. et Szepešvárallyae a. 1614. celebratarum.

nouissime Lugduni Batauor. substitit, et in ea Vniuersitate ab Ordine Medicorum, Supremo Doctoris medicinae axiomate, die 16. Decembr. anno 1712. condecoratus est. Breui post regressum ad patrios lares, non modo ciuitas Eperjessiensis, sed integer quoque Comitatus Sárossiensis, suum ordinarium nuncupauit Physicum; in quo munere per tot annorum decursum, ad annum vsque 1770. d. 23. April. quo mortuus est, perstitit, laudabiliter exornando. Sed postremis vitae suae annis ita fuit infelix nationis hic nostrae Hippocrates, vt et rerum memoriam, et auditum omnem amitteret, vitio senectutis. Insignem in eo eruditionem, ingenii acumen, animi dexteritatem, et singularem in medendo experientiam, quibus pollebat singulis, omnes admirati sunt\*. Ex quo tempore Academia Imper. Nat. Cur. in quam d. 18. Oct. an. 1719. receptus erat, eum honesto Aristophanis I. agnomine dignata est, non fuit membrum eruditae illius Societatis inutile. Vir hic praenobili ortus genere, coniugem egregiam duxerat domum, Sophiam, Sigismundi Vaxman, Medicinae Doctoris filiam, quae ei duas filias, alteram Mariam, alteram dictam Charitas, illam Eliae Trangus, Meltyi

\* Antequam *Milady Worthley Montague*, cum suo sponso, Legato, Londinum in Angliam Constantinopoli reuerteret, et methodum transplantandi variolas, Byzantii a Graecis acceptam, (Chinensibus multo ante vsurpata,) experimento in suo ipsius filiolo capto, insulanos populares suos edoceret: iam antea *Raymannum* nostrum variolarum insitionem, opera Graecorum et Armeniorum, cum quibus perpetua nobis est et conuersatio, et commercium, probe edoctum fuisse, indubia Eperessensium hodie dum superstitum, ipso suo ipsius publico testimonio euincitur; quippe qui tentamen inoculationis iam ante an. 1721. instituerat: vnde vana apparet ea Brittonum gloriatio, dum reliquos eam se artem Europaeos docuisse iactant.

lyti Comitatus Borsodienſis Phyſico ordinario, hanc vero Viro nobili, Samueli Pulzky, elocatas, et totidem filios, Samuelem et Iohan. Adamum, vtrosque non infimi ſubſollii Medicos, ſed omnes abſque haeredibus mortuos, peperit. Ita de hoc *Zabler* in Memor. Medic. Thorunens. verbo duntaxat inenit vers. 708.

*Laetaque Raymantum miratur patria ciuem.*

## O P E R A.

1. Diſſert. inaug. med. *De praecipuis diuerſitatis morborum fundamentis, et curatione diuerſa.* Lugduni Batau. an. 1712. 4. plag. 3.
2. Obſeruationes medicae Commercio Litterario Norico inſertae ſunt ſequentes:
  1. Obſ. *De ſpecifico Gentianellae, ſeu Gentianae cruciatae, uſu.* Hebdom. 46. An. 1733. pag. 363.
  2. Obſ. *De dubia Eſſentiae dulcis Halenſis efficacia.* Hebdom. 28. An. 1734. pag. 222.
3. *Bericht von Entzündung. des Berg-wetters in Soovár in Ober-Ungarn.* Vid. Magnal. Dei in loc. ſubterr. Brückmanni, Part. I. pag. 1006.
4. Obſeruationes, quas Ephemeres Acad. Imp. Nat. Cur. continent, pleraſque a Morgagno in Cauſis et ſedib. morbor. per. anat. indagat. laudatas, hae ſunt:
 

Centur. IX. Obſ. 45. *De dubia auri uuarum vegetabilis exiſtentia.*

Obſ. 46. *De Medicina efficaci, in ophthalmia non ſemper aequaliter efficaci.*

Obſ. 79. *De Rheumatismo coxendicis muliebri.*

Volum.

- Volum. I. Obs. 170. *De dubia Hydropis pectoris et pericardii diagnosi.*
- Volum. II. Obs. 130. *De pathologia Stranguriae in grauidis.*
- Volum. III. Obs. 128. *De Vomitus sebacei origine.*
- Vol. IV. Obs. 8. *De Artemisia alba fomitis loco optime nah.benda.*
- Obs. 9. *Abscessus omenti historia et diagnosi.*
- Obs. 10. *De enormi haemorrhagia, leucem linguae laesionem excipiente.*
- Obs. 11. *Historia Febris continentis, haemorrhagia narium et sudore indicatae.*
- Vol. V. Obs. 41. *De Morosi paralyfi linguae familiari.*
- Vol. VI. Obs. 1. *De aphonia ebriorum.*
- Obs. 2. *De subsidiaria, eaque tutissima Lochiorum per aluum euacuatione.*
- Obs. 3. *De Haemorrhagia penis periodica.*
- Obs. 129. *Fallacia Auri vuarum vegetabilis ulterius demonstrata.*
- Vol. VIII. Obs. 40. *De Lochiorum absoluta necessitate, et emanentium salutarum terminatione.*
- Obs. 87. *De Lochiis in utero suppuratis, et per hypogastrium demum expurgatis.*
- Vol. IX. Obs. 21. *Petechiarum mendacium historia, earumque a sinceris differentia.*

Vol. IX. Obs. 22. *De Anginae in pulmonum inflammationem metaptosi.*

Obs. 76. *De uteri ascite in grauidis minus, ac extra impraegnationem, noxio.*

Nov. Act. Acad. Imper. Nat. Cur. Tom. III.

Obs. 52. *Specimen generale examinis et scrutinis praecipuarum in Incl. Comitatu Sároffienfi scaturientium Acidularum.*

5. *Tractatus de Succino Carpathico vegetabili*, in Actis Vratislaviensibus Nat. et Art. promissus, et multum ab Eruditis expetitus, num prodierit in lucem litterariam vehementer ambigo.

6. Observationes Collectaneis Vratislaviensibus insertae multae sunt.

73. RVLAND (IOHAN. DAVID.) Martini iunioris Ratisbonensis poliatri filius, gradum Doctör. in Philosophia et Medicina Vittebergae impetrauit, et apud Pofonienses poliatri munere functus est: Illustriss. Comes Stephanus Bethlen de Iktár Medicum Aulae suae delegit, idque apud Ferdinandum II. Imp. effecit, vt is de meliori nota Regi commendatus, anno 1622. axiomate Nobilitatis Hungaricae donaretur. Obiit diem supremum Pofonii XII. Kal. Nou. An. 1648. aetat. 63. In Coemeterio Pofoniensium August. Confess. addictorum, tale illius prostat Lapidi incisum Epitaphium:

Vides Viator

IOHANNIS RVLANDI

Medici felicissimi

Ex nobilissima hac prosapia Quarti

Hic sepositum

Quicquid mortale fuit,

Sed immortales animi dotes

Haec lapidis angustia non capit.

Vixit annos LXXIII.

Obiit XVI. Kal. Nouembr.

MDCCXXXVIII.

*Deici mortem, dum vixi pharmata dando,  
Nec iam succumbo, mors mihi namque salus.*

OPERA.

1. Diff. med. Praef. Sennerto, de *Vrinis*, earumque differentis: Vittebergae.
2. *Pharmacopoea noua, in qua reposita sunt sterco-  
ra et urinae, ta euporista pro omnibus totius corpo-  
ris morbis internis et externis, perfacile ac optime cu-  
randis: edita pro pauperibus, militantibus, et omni-  
bus, quibus in militia, itineribus, venationibus, rure,  
solitudine, vel alibi, alia medicamenta non suppetunt.*  
Norimbergae an. 1644. 12. plag. 11. Libellum  
hunc, eiusque auctorem, sequenti profecutus est  
epigrammate Poeta Hungarus:

*Arbor, ut exiguo de semine surgit, et artus  
Explicat umbrosis frondibus ampla suos:  
Sic tua de paruis paullatim tollitur orfis  
Gloria, perpetuum mox habitura decus.*

*Est.*



*Et si clarus auo niteas, clarusque parente,  
Attamen et propria surgere laude cupis.*

*Hinc quas urinae teneant et stercora vires,  
Doctus apollinea fufus arte probas.*

*Sordida res, fateor: morbis tamen omnibus aptam  
Praestat opem, quam vel Moschus et Ambra  
potest.*

*Zoile, qui nulli parcis, passim omnia carpis,  
Carpe tibi ex olidis stercora pristina capris.*

3. *Empyrologiam* Patris Martini incoeptam continuauit, et absoluit, eamque in Manuscripto reliquit. Vid. Mart. Rulandi Thesaurus medic. a Raygero editus pag. 4.

74. SCALICH (PAVLVS), dictus *de Lika*, (vicus Incl. Comitatus Turoczienfis in superiore Hungaria, Comilito et princeps regni Hungariae, magni principatus vtriusque terrae Hunnorum Dynasta, Baro Zkradinus, Cruciburgi Dominus, Marchio Veronae etc. natus circa an. 1531. Viennae adolescens admodum AA. LL. et philosophiae Doctor creatus est, et mox publice eam ibi docuit. Bononiae an. 1552. Theses centum masculae defendit, et gradum Doctoris in Theologia capessuit. Quod vero Romae conclusiones suas mille quingentas quinquaginta tres ventilari, ob suspicionem heterodoxiae, Clerus non pateretur, Viennam Austriae reuertit. Anno 1555. ab Imperatore Ferdinando, cui a Sacrificiis Millae esse coepit, dato prius per manus Nicolai Olahi, Archiepiscopi Strigoniensis, nouo diplomate regio, in omnibus suis priuilegiis nobilitaribus Hungaricis confirmatus est, quibus maiores eius, Philippum et Bartho-

Bartholomaeum Scalich, ob virtutem militarem, in bello contra Turcas viriliter gesto, Bela Hungariae Rex olim an. 1263. donauerat, Castellumque Zkrad, situm in Croatia, et terram totam ex vtraque parte Hun, obtulerat. In Vniuersitate Vindobonensi an. 1557. Epistolam d. Paulli ad Ephesios scriptam, ex mente recentiorum sacrae Scripturae interpretum explicare, et de vera Christi doctrina, et sola fide iustificante, ausus est disputare non minus publice, quam coram ipso quoque Maximiliano, eo tempore Bohemiae rege, priuatim; quare ab ipso Imperatore loco motus, Tubingae substitit ad an. 1562. vsque, quo in aulam Alberti Brandenburgici, primi Borussiae Ducis, per varios casus delatus, et Consiliariorum primus salutatus est. Sed an. 1566. Sigismundi Regis Poloniarum decreto, ob polypragmatiam tota Polonia et Borussia proscripius, iterum Pontificiis, quos antea acriter insectatus est, se associavit, et Ecclesiae Monasteriensis Canonici titulum obtinuit, ante dicta reuocauit, strenue pro sede Romana militauit, infelix mortuus tandem Dantisci, anno 1575. aetat. 44. Nicolaus Reusner in Imagin. Viror. illustr. Litter. Argent. an. 1590. in 8. edit. pag. 366. Iconi sequens distichon adiecit:

*Regulus Hunnorum, Scalae haeres gloriior esse  
 Gentis: Sacrificus Caesaris, inde Papae.*

S C R I P T V M.

*Encomion Medicinae* \*. Exstat Encyclopaediae p. 725. edit. Basileenf. an. 1559. 4. alph. 3. pl. 8. Vitam ex scri-

\* Hoc solo forte Opusculo Scalichius meruit, vt a *Lindeno*, de scriptis medicis, et postea *Merklino*, in Lindenio renouato, Medicorum catalogo infereretur.

ex scriptis eruderauit, et reliqua scripta, quae iam taedet referre, ex Boissardo et Czuittingero enumerauit, Schelhornius in Biblioth. Bremens. Class. VII. Fascic. VI. pag. 1010. Idem Amoenit. Litter. Tom. IX. pag. 691. Brucker Histor. Philos. Tom. VI. pag. 1283. Morhof. Polyhist. Tom. I. Lib. I. cap. XI. §. 4. pag. 97. item Tom. I. Libr. II. cap. V. §. 28. p. 355. etc.

75. SCHOLTZ (IEREM.) Philosophiae et Medicinae Doctor, lib. regiaeque ciuitatis Sempronienfis Physicus ordinarius, exhibuit *descriptionem Therinarum, quae ignis tantum beneficio calefiunt, Wolffsensum ad Sempronium*. Prodiit hic libellus primum latine, post conuersus in linguam Hungaricam, impressus est Csepregini an. 1631. in 4. plag. 1  $\frac{1}{2}$ . sub titulo: *A Sopronyi birodalomban lévő Balffy Feredő mértékletes állapatus természetinek, munkalodó erejének és használatosságának magyarázó megírása*.

76. SCVLETETVS (N. N\*.) Med. Doctor, vir eruditione non minus, quam eloquentia et pietate clarissimus, Principis Transilvaniae Gabrielis Bethlen archiater felicissimus: anno 1625. cum Stephano Kovaszotzio, supremo regni Cancellario, Francisco Miko, Aulae Ministro, Vindobonam missus, in Augusta

\* Hunc Caspar. Cunradi, Theatri symbolici Centur. IX. pag. 408. *Weighardum Sculterum a Schultz*, Philos. ac Medic. Doct. Seren. Princ. Transil. Gabr. Bethlen, Consil. et Archiaturum adpellat. Suspitari licet, nostrum hunc proxima cognatione coniunctum fuisse cum Ioh. Schulzio, alias Scultero, quem *Paurke*, in Pastoribus Eccles. Vratislauientis Elisabethanae, ex Phil. Melanthonis consilio, adulto Saec. XVI. ornandae cathedrae ecclesiae Bartsentis, in Hungariam venisse scribit.

gusta Imperatoris Ferdinandi II. Aula Proci munere functus est, at minus prospero ob id potissimum successu, quod neglecta annosa Caesaris filia virgine, quam nec prouectior aetas, nec forma commendauerat, natu minorem, Wladislao, Sigismundi regis Poloniarum principi filio, postea elocatam, Heri sui nomine ambiuerit. Non consentiente in haec sponsalia Caesare, recta Berolinum, ut edoctus erat, deproperauit Scultetus: ibi multo exstitit felicior, nam voto ex toto potitus, Principis Transilvaniae Gabrielis annulum pronubum Catharinae virgini, Electoris Brandenburgici, Georgii Wilhelmi, sorori, sollempniter arrhae loco exhibuit. Mortuo anno 1629. Gabriele Bethlenio principe, fratris germani Comitis Stephani Bethlen, aulicus medicus et consiliarius intimus constitutus est. Catharina Brandenburgica de throno deturbata, aliis Georgium Rákótzzi, aliis vero Stephanum Bethlen in locum surrogare volentibus, ad Portam Ottomannicam a recens electo suo Principe Stephano, consentientibus in id eius factionis hominibus, exmissus est. Re Constantinopoli feliciter confecta, dum a Sultano rediret, occurrit ei ad Albam Iuliam Comes Ioannes Kemény, qui partes viduae Principis, et cum ea Principis Georgii Rákótzzi partes sustentare adlaborauit, Scultetum ad viduam Principem recto itinere Porumbachium deducit, litteras gratiae et fauoris Turcici ditissimas Legato adimit, iussu Herae suae in arctissimos compedes constringit, et dum in carceres Fogarasios custodiendum dimittit, non procul Porumbachio, ab adornatis latronibus, noctu ille in via gladio transfoditur, et corpus exanime, in minutissima frustra concisum, in medias Alutae fluminis aquas, impiis Stephani Szaniszlo, caedis ministri, manibus abiicitur. Tanti sceleris architectus Kemé-

nyius conscientiae stimulis exstimulatus, nefandum facinus celare non potuit, sed in Historia sui temporis MSta, ad annum 1630. ipse confitetur, tamen non sine ingenti poenitentis, et veniam a Deo deprecantis, animi moerore.

## OPERA.

*Discursus de Acidularum et Thermarum usu in Hydrope.*

In prolixo hoc Manuscripto, contra Caesareum quempiam ex indulgentia Imperatoris e Moravia euocatum Medicum, demonstrat, Principem Gabrielem, hoc morbo laborantem, Acidulis salutariter uti non potuisse; idem cum Sculteto et Ribezio, Med. Doctore, gente Hebraeo, reliquis quoque Aulae Medicis adfirmantibus. Euentus docuit, nec Acidulas Száldobosienfes, tanto minus thermas Gyogyienfes et Magno-Varadienfes, ex praescripto emeriti cuiusdam lictoris, Leutschovientis medicastri, adhibitas, hydropisim tollere potuisse; etsi hic in vtraque tibia supra talos facta incisione, vulnus quoque ad eliminandam aquam intercutem excitauerit.

77. SEGNER (IOAN. ANDREAS). Edidit magnum hoc Matheleos lumen Lib. Regiaeque Ciuitas Pofonium d. 4. Oct. an. 1704. parentibus Michaele Segner, viro patricio, quaestore vrbano, et Christina Fischeria. Necessariis ad eruditionem primis principiis rite in patriis scholis, Pofonienfi, Iaurinensi, Debrecinenfi institutus, studio Matheleos et Medicinae dicatus Ienensem an. 1725. adiit Academiam, quae quinquennio post debitos eruditioni eius honores in Medicina contulit. Pofonium hinc redux, an. 1730. praxim medicam domi vix auspicas, anni sequentis mense Decembre urbem nostram vocatus

eatus intrauit, eique mox prouinciam ordinarii Physici Magistratus huius detulit, et maiorem in modum doluit, quod, dum non nisi vnum fere annum in eo cum laude expleuisset munere, Teichmeyeria Virgo, Maria Carolina Sophia, optumae indolis virum iuuenem blandis suis pollicitationibus hac sede exciuerit, totique regno nostro eripuerit, eo quod ante illi Noster tacite fidem coniugii, etsi parentibus insciis, dederat. Vnde clarissime perspicitur, vix illam discensus eius rationem vero videri similem, quam a Boernero in Vitis Medicorum nostri temporis Tom. I. pag. 816. non sine graui Debrecinensium, immo totius reipublicae Hungaricae laesione, in vulgus impudenti calamo publicatam legimus. Ienenlibus hac fatorum necessitate redditus, accepit illico ab Academia loci illius, philosophicas disciplinas primum in priuatis scholis, postea publicis quoque, praelegendi facultatem: eam exornauit cum adplausu tam diu, quoad an. 1735. Goettingam, ad docendam Physicam, Mathesin, et Chemicam, auocaretur. Annus deinde labebatur Seculi quinquagesimus quintus, quo Rex Borussiae Halam Magdeburgicam accitum, Physices et Matheseos Professore publicum constituit, Consiliarium suum intimum denominauit, confirmauitque eum, cum posteris, in omnibus pristinis iuribus et priuilegiis nobilitatis Hungaricae, cuius insigne aeri incisum exhibuit Burgstaller Pofoniensis, inter Insignia nobil. familiar. R. Hung. Decad. I. num. 6. Sed et alius idem Rex ad inuidiam vsque honoribus eum maclauit liberalissime. Id praeterea non hominum, sed folius eruditionis commendatione indeptus est, vt in eruditas scientiarum Societates, Imperialem Petropolitana, et Regias Londinensem, Goettingensem, et Berolinensem cooptaretur. Vniuersa sibi maximo-

pere gratulari potest Germania, quod in Populari hocce nostro immortalem hac aetate sibi reuixisse Newtonum certis experitur documentis. Biographiam dedit Boernerus l. c. Scriptorum quoque seriem in illo et sequentibus Tomis collegit idem et publicauit; quia vero ingens eorum est numerus, chartarum nostrarum angustia non patitur omnia illa huc iam exscribere.

78. SILVANVS (GEORGIVS), Hungarus ex Siluania oriundus, Med. Doctor, in Comitatu Middelfexiae prope Londinum. In Scholis triuialibus publice docuit: separatim ab eo edita sunt cum scholiis:

OPERA.

1. *Isocratis orationes ad Demonicum et Nicoclem; Plutarchi Liber de educatione Liberorum; Aesopi fabulae sexaginta; Luciani dialogi selecti* \*; *Isocratis Epistolae, quae exstant; Theocriti Idyllia selecta*; Londini hn. 1684. et 1685. in 12. Recensentur coniunctim in Actis Erudit. Lipsiens. an. 1686. pag. 259. ●
2. *Homeri Iliados Liber primus. In quo singularum vocum significationes, compositiones, ac deriuationes annotantur; dialecti clare et distincte exponun-*

\* Horum Luciani dialogorum selectorum, noua per metaphrasin et periphrasin interpretatione latina donatorum; notis, varios ac elegantes particularum in lingua graeca vsus demonstrantibus, illustratorum; Graecismis, phrasibus, loquendique formulis ac sententiis locupletatorum; ab omni denique obscuritate ac difficultate liberatorum, alteram quoque *Scilagyus* noster auctam emendatamque adornauit, Londini editam 1684. plagg. 6. in 12.

ponuntur; Synonyma multis locis adiiciuntur; particularum varii ac elegantes vsus demonstrantur; phrasés ac sententiae ex ipso textu deliguntur; Graecismi passim occurrentes explanantur; fabulae et historiae nominum propriorum enarrantur; omnia denique, quae huc pertinere videbantur, ita continentur, ut is facile a quouis intelligatur, methodusque vera linguam graecam tam docendi, quam discendi, habeatur. Londin. an. 1686. plag. 11. in 8. Inscriptus est Illustri ac Nobili Viro D. D. Iac. Langhamo, Equiti aurato et Baronetto etc.

79. SIMONIDES (SIMON), Patria Ronembergensis, fuit poliater Eperjessensium Seculo XVI. ut testes sunt Litterae manu eius ad Nobil. ac Generos. D. Alexandrum Kapi, aurium tinnitu laborantem, Eperjessino d. 27. Febr. an. 1588. exaratae: *Caueat dominatio vestra generosa ab omnibus cibus falsis, fumigatis, a piscibus, a carne porcina, bouina, caseo, lacticiiniisque, fructibus crudis, pisces, caulibus, et id genus aliis: utatur autem caponibus, perdicibus, ouis recentibus, pul-tibus hordeaceis, carne vitulina, haedis, agnis, et similibus bonae digestionis cibus: utatur vino tenui bene defaecato, et non austero. Quod ad usum medicamento-rum attinet, habebit propter illum tinnitum aurium herbas pro fomento in quatuor scartecis: hoc, quod in una scarteca fuerit, accipiat, id in vino leniter decoquatur, postea adimatur, (unam horam,) et ita ascen-dens vapor per infundibulum in aurem immittatur per unam horam: quum autem non possit tantum durare calor unica facta calefactione, in eandem aquam imponan-tur lapilli candentes. Absoluto iam fomento immitta-tur gutta una atque altera olei in aurem, et circumqua-que liniatur auris eodem oleo; hocque fiat mane et ves-pere,*



*spere, eundo cubitum. Habebit praeterea morfillos confortantes, et catarrhum exsiccentes, ex quibus utatur quotidie duobus, mane ante prandium uno, et ante coenam altero. Dum autem voluerit lauare caput, habebit herbas pro tribus vicibus ad lixiuium, imponantur in sacculum, et cum hoc lixiuio lauabitur caput.*

80. SINAPI, aliter SENPF (MICH. ALOYSIVS), Nobilis Hungarus, patria Scalifzensis, Phil. et Med. Doctor, sub exitum superioris Seculi, peripateticus per vniuersam Germaniam, Poloniam, Hungariam, aliasque Europae prouincias. Practicus magnus, vt Theophrasti Paracelsi admirator, ita Hippocratis et Galeni oblectator summus.

#### OPERA.

1. Dissert. inaug. med. Rectore Gerard. Wynen, *De Mania*. Harderouici in 4. annus editionis a bibliopoego relectus.
2. *Absurda vera, siue paradoxa medica*, quorum. Pars I. *theoremata et quaestiones controuersas varias, quae hodie neotericis cum Galenicis intercedunt; proponit, cum Dissertatione noua Cap. V. De spirituum effluuiis, et animae communis transmigracione iuxta modernos Pythagoricos.* Pars II. *Occasione morborum certorum septentrionalium, easdem quaestiones controuersas continuat, cum Dissertatione de falso titulo, siue de falsa existentia Morbi Gallici.* Pars III. *continet Tractatum de Vanitate, falsitate, et incertitudine Aphorismorum Hippocratis.* Geneuae an. 1697. in 8. alph. 1.
3. *Tractatus de Remedio doloris, siue materia anodynorum, nec non opii, caussa criminali in foro medico.* Accessit *Viso Alethophilii aduocati, de secta et religione*

*ligione empiricorum panacaeistarum.* Amstelod. an. 1699. 8. plag. 11. Recensetur in Act. Erudit. Lipsiens. Supplement. Tom. III. pag. 500.

81. SPAENHOLTZ (N. N.) Hunc Brucker in Historia Vitae Oeconum pag. 66. seqq. Societati Iesu primum nomen dedisse, sed postea vergente ad finem superiore Seculo, in Praesidio laurinesi status militaris Medicum egisse ordinarium, testatur. Vir fuit polemicis scriptis medicis clarissimus, quae tamen omnia, partim Friderici Mülleri a Loewenstein, pharmacopolae Viennensis; partim vero ficto Philonis Nasturtii nomine publicata sunt.

O P E R A.

1. *Lexicon Medico-Galeno-chymico-pharmaceuticum.* Francof. an. 1661. in fol.
  2. *Vmbra rediuiui Zwelferi, seu, extemporaneum Responsum ad extrauagans Apologema cuiusdam Raphaëlis Schmuzen contra D. Zwelferum, Augustani Dispensatorii correctorem.* ibid. an. 1671. 8.
  3. *Postscriptum apologeticum.* Prodiit sub Philonis Nasturtii nomine an. 1673. in 8. cui respondit Lucas Schroeckius, filius, in *Defensione Pharmacopoeiae Augustanae restitutae*, edit. August. Vin- del. an. 1675. in 4.
82. SPILENBERGER (SAM.) filius Daudis Spilen-bergeri, qui, teste *Diario domestico Leibitziano Misto* ad an. 1595. fuit sacrorum antistes in oppido dominationis Poloniae Comitatus Scepusiensis Vallengendorfensi. Ea Samuel bonae mentis iam adolescens edidit specimina, vt Leutfchouienfis respublica, dato sufficienti stipendio, eum in Academiam Vittebergen-

sem, acquirendae eruditionis medicae gratia, expedi-  
 uerit, de quo Stephanus Nylander, aliter Holtzman,  
 illius ab incunabulis familiaris, et studiorum domi  
 forisque commilito, tandem Leutschouiensium con-  
 cionator, et Fraternalitatis Scepusiensis XXIV. Rega-  
 lium Senior, in Matricula eiusdem Fraternalitatis se-  
 quentia adnotata reliquit: *Anno 1613. primus in hoc  
 Hungariae Scepusio, immo in tota Hungaria nostra, offi-  
 cinam chartariam exstruxit et erexit Clarissimus et Ex-  
 cellentissimus dominus Samuel Spilenbergerus, Artis me-  
 dicae Doctor, eiusdemque in patria et Comitatu Scepu-  
 siensi alibique locorum Practicus felicissimus, in pago  
 Leutschouiensium Teplicza. Largiatur Deus, ut hoc sin-  
 gulari studiorum adminiculo, patria nostra et posteritas  
 quam diutissime utatur.* Hodiedum superest in eo-  
 dem loco haec papyracea mola. Non modo Ciui-  
 tatis Leutschouiensis, et integri Comitatus Scepu-  
 siensis ordinarius fuit Physicus, sed Illustriss. quo-  
 que Comitum Georgii Turzo, regni Hungar. Palati-  
 ni, Archiater \*. Quum Albertus Mojnár Georgii  
 Tzig-

\* In Bibliotheca perillustris Domini Székely de Doba, Viri  
 apud Eperiesenses longe doctissimi, latet Diarium MStum,  
 in quo ad an. 1648. haec leguntur: *Christophoro Schlege-  
 lio, Pastori Leutschouensi, uxorem ducenti, die 25. O3.  
 inter reliquos adplaudēbat etiam Samuel Spillenberger,  
 Doctor, ciuitatis Leutschouensis per L. annos Medicus ordi-  
 narius.* Hunc Casparus Cunradi, Prosopographiae medicae  
 Millenar. II. p. 185. edit. Francofurt. anni 1615. Geor-  
 gii Turzo, Palatini, Medicum nominat, et tale adiicit  
 Epigramma:

*Panno Getas, morbos ego profligo, Pannonis hostes,  
 Turcarum potior dic uer hostis eris?*

Plura de hoc Spilenbergero videantur in eiusdem Ca-  
 spari Cunradi Theatri symbolici Centur. IV. pag. 164.  
 ubi anno 1614. vocatur quoque *Archiater Bethlenianus.*

Tzigleri *Discursum de incertitudine rerum humanarum theologicum, ethicum, et historicum*, Hungarica donasset ciuitate, et *Summi Boni titulo* vulgasset typis Leutschouiensibus an. 1630. in 4. sequenti cohone, stauit tetrafficho :

*Magnus Alexander, totum qui vicerat orbem,  
Letho victus humi vermibus esca iacet.  
Hae sunt diuitiae nostrae, hic honor, haecque voluptas,  
Quae tria pro trino numine mundus habet,  
Summum, crede, Bonum, vita si quaeris in ista,  
In scirpo nodum, quaeris, in igne gelu.  
Vnum fac, moriari pie, vel sponte sequetur  
Summum, quod quaeris nocte dieque, Bonum.*

Eodem defunctus Poetae munere dum Bartholomaeus Bertram, Apothecarius Kesmarkiensis et Senator, generi sui Davidis Froelichii, Regii Mathematici, Medullam Geographiae practicae suis ederet sumtibus Bartfae an. 1639. in 8. Digna est, quae repetitis vicibus relegatur Elegia. Senio confectum obiuisse diem supremum Leutschoviae, docet Observatio XL. in *Ephemer. Nat. Curios. Decur. I. an. II. pag. 72.* Ibidem exstat eiusdem Observatio anatomica, *de Effigie humana in officulo cordis humani.* De utroque Spilenbergero, patre hoc, et qui sequitur filio, ita Poeta Hungarus cecinit in *Memor. Medicor. Thorunens. vers. 687. seqq.*

*Carpathus aeriis nam qua se ad sidera tollit,  
Spillenbergiades aeternum nomen adepti  
Leucopoli, morbos persanauere malignos.*

83. SPILENBERGER (DAVID), Samuelis filius, posteaquam Medicum studium Lugduni Batauorum, Basi-

Basilae, Patauii excoluisset, et multis encomiis testimoniisque non vulgaribus ornatus ab exteris oris rediisset, et Leutschoviae patria ciuitate clinicam exercuisset, labentibus annis mortuo Patri in ordinario physicatus munere suffectus est: sed cum Reginam Reuteriam, Schemnitzensem, feminam opulentam, duxisset in matrimonium, praxin medicam parum, metallifodinas vero plurimum curauit, vnde ingentes labente tempore sibi posterisque suis hodieum superstitibus corrasit opes. Chronica Leutschouienſis Mscta docet, duobus annis 1670. et 1671. Iudicis quoque primarii munere laudabiliter fuisse defunctum. Duos ille reliquit superstites filios, Davidem et Ioannem: ille Euphrosinam Radvánſzky, hic Catharinam Lehotzky, duxerunt in matrimonium. Sed non contenti suo axiomate, ante quadraginta, et quod excurrit, annos, a Carolo VI. Imperatore nouum impetrauerunt regium Priuilegium, vt, immutato cognomine, de Spielenbergy, et aulae regiae Familiares, et scriberentur, et dicerentur, ob praeclara antecessorum suorum merita, in cultura fodinarum Schemnitzii praesfita, et quod se ex Westphalia ortos, atque a Comite Palatino axiomate nobilitari ibi olim donatos fuisse, testarentur. Filia vero vnica, Susanna dicta, quae ante annos aliquot aetatis 85. vitam reliquit, Nobilissimo Viro, Ioanni Ujházi fuit elocata, quae Wilhelmum Ujházi, filium dedit patriae bene educatum, vnus postea Legionis equeſtris ordinis militiae Colonellum; et Danielem Ujházi, qui non poenitendum nunc inter doctos Hungariae nomen habet.

## O P E R A.

1. *Carmen adgratulatorium Honoribus Ioannis Weberi, Pharmacopoei, in alterum annum electi Iudicis Eperjesien-*

*rjessensis, et Janum bifrontem an. 1662. in fol. Leutschoviae publicantis, scriptum.*

2. Obseruationes medicae, Ephemeridibus Nat. Curiofor. insertae:

Decur. I. An. I. Obs. 133. *De Cantharidibus innocie suntis.* Adnotata ad hanc Obseruationem vide ibidem in Appendice p. 31.

An. II. Obs. 70. *De Cancro latente, coecitatis causa.*

Obs. 71. *Post purgans medicamentum priapismus.*

An. III. Obs. 107. *De abscessu flatuoso.*

Obs. 108. *De duobus Monstris.*

An. VI. Obs. 239. num. 1. *De Pilosella fasciata.*

An. IX. et X. Obs. 12. *De Capillo prodigioso, ut et pilorum caninorum missione.*

Decur. An. II. Obs. 110. *De Vermibus niualibus.*

84. SPINDLER (PAVLLVS), Viennae natus, Patre consulari Andrea Spindlero, Vittebergae studiis operam nauauit, Sennertum in primis praeceptorem veneratus, ac tandem Basileae an. 1634. edita Dissertatione inaugurali, *de Angina*, in Doctorem Medicinae promotus est. Eruditus et felix primum Posonii, deinde Ratisbonae Praeclericus, post praxin vicenalem feliciter exercitam, mortuus est Ratisbonae. Ob id potissimum orbi medico innotuit, quod decantati *Pulueris Pannonici rubri* auctor fuisse perhibetur. Manuale eius, Ioustoni *Idea Medicinae practicae*

cae fuit: in eum Librum multa lectu et obseruatu digna congesserat, sed liber is deperit; superest hodie prae manibus in Mscto alter, cui titulum fecit, *Pharmacopeia Medico-chemica*. Eundem, quem hic, obseruauit postea ordinem Schiroederus, in concinnando suo Thesauro pharmacologico. Quam colicam in suis Obseruationibus 17. 27. 28. 42. 43. 50. nostratem adpellat, ob eam forte causam, quod tunc endemia illa in Hungaria fuerit, in dicto Mscto dolores mesenterii, et intestinorum, ex adfectu hypochondriaco ortos, adserit. Quantam subsecuto tempore celebritatem indeptum sit Spindlerorum nomen Posonii, docet ex Fastis ciuitatis Matthias Belius, Not. Hungar. nov. Tom. I. pag. 667.

## O P E R A.

*Obseruationum medicinalium Centuria, a Paul. Spindlero Posonii potissimum ab an. 1630. ad an. 1664. factarum, quas postea Carolus Rayger, Posonienfis, collegit, in ordinem redegit, scholiis propriisque Obseruationibus auxit.* Francof. an. 1691. in 4. alph. 1. Recensetur in Actis Eruditor. Liptienf. an. 1691. pag. 31. seqq.

85. SQVARCIALVPVS (MARCELVS CAMILLVS), Thuscus Plumbinensis, Monachus ex Italia profugus, Reformatorum coetui Basileae se adglutinavit, inde per varios errores in Transiluaniam delatus, ibi Blandratae Medici fauore a Principe Transilvaniae stipendium nactus, Socinianis, vt fuit in religione versatilis, adhaesit: sed spretis illorum quoque opinionibus, Romanae iterum Ecclesiae nouissime opera PP. Soc. Iesu reconciliatus est. Postquam annis pluribus in Transilvania Medicinam exercuisset, et scripta  
 varia

varia eristica publicasset, accepto a Blandrata abeundi consilio, an. 1585. in vicinam Poloniam e Transilvania discessit. Hunc Andreas Dudith, in quadam Epistola, quae inter Scholtzianas edit. Francof. an. 1671. in 8. Libr. III. pag. 197. legitur, *hominem laboriosum, pauci somni, ingenio bono, et sciendi cupidissimum* adpellat. Plura videri possunt apud Schwartzium, Iglouiensem, in vita et scriptis Dudithii, pag. 80. seqq.

## OPERA.

1. *Traſtatus de Cometa*, Andreae Dudithio, in Pasco-  
viano agro commoranti, an. 1578. inſcriptus, in  
quo Commentariolus Eraſti, Cometas ex mente  
Ariſtotelis explicantis, refutatur. Legitur in Col-  
lectione Diſſertationum de Cometis edit. Baſil. an.  
1580. in 4.
2. *Theſes Medicae, Simonio, Stephani Bathori Regis  
Polonorum Medico, propoſitae, Bucella et Blandra-  
ta iudicibus diſcutiendae.*
3. *Liber de aereo phaſmate, et de amygdalarum ama-  
rarum vi contra ebrietatem*, Stephano Bathorio Re-  
gi oblatuſ.
4. *Triumphuſ.* Claudiopoli typiſ excuſuſ an. 1584.
4. Libelluſ contra Simonium ſcriptuſ, quo ſuaſ  
de amygdaliſ adſertioneſ tuetur.
5. *Simonis Simonii Lucerſiſ, primum Romani, tum  
Caluiniani, deinde Lutherani, denuo Romani, ſem-  
per autem Athei, ſumma Religio. Authore D. M. S.  
P.* Cracoviae an. 1588. 4. pagg. 20. id eſt, Do-  
ctore Marcello Squarcialupo Plumbinenſi.
6. *Epistoſta ad Socinum vna*, exſtat in Bibliotheca  
Fratr. Polonor. Tom. I.



7. *De Cauteriis. De Gutturis Hernia, s. Bronchocele. De Fontium et fluuiorum origine. De opportuna purgatione. Hippocratis opera methodice tractata cum adnotationibus. Galenus ad mentem Avicennae reuocatus.* Horum tractatum meminit in suis Epistolis medicis Andr. Dudithius, inter Epistolas medicinal. Cratonis, a Scholtzio Francof. an. 1671. in 8. edit. Libr. III. pag. 190. seqq.
8. Wolfgangi Kovátsotzii, Regni Transilvaniae summi Cancellarii, *Dialogus de Administratione.* Librum hunc de regenda Transilvania scriptum, Marcel. Squarcialupus Martino Berzevitio inscripsit, et incio fere auctore typis edidit Claudio-poli an. 1584.
86. STOCK (IOANNES), Mēd. Doctor, Praepositus Ven. Capituli Ecclesiae Collegiatae S. Martini de Scepus, Stridonensis Dioecesis, Sigismundi et Alberti Regum Hungariae Archiater. Quum ab initio fere Seculi XIII. circa potestatem Praepositi Scepusiensis varie quaesitum esset, an praeter Synodorum indicationem maiora etiam iura, et honores Episcopi ei competere, sepelitis omnibus in hanc rem sonantibus summorum Pontificum Bullis, ita Sigismundus Rex, in gratiam sui Archiatri, agitatae controversiae finem imposuit, Apostolica vsus auctoritate, prout sequens hic ex toto adscriptum Regium monstrat Diploma:

*Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Imp. semper Augustus, ac Hungar. Bohem. Dalmat. etc. Rex. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit uniuersis. Quod Nos attentis et consideratis constanti meditatione virtutibus eximiis, sinceritate fidei, fidelibus obsequiis, excellentibusque donis scientiarum,*

tiarum Venerabilis Magistri Iohannis Stock, Medicinae Doct̄oris, Praepositi Ecc̄esiae S. Martini Scepusiensis, Nostrae Maiestatis Phisici, et Consiliarii fidelis dilecti, quibus idem Nostrae Maiestati sub diuersitate locorum et temporum, non parcendo rebus neque personae, complacere studuit, seque gratum reddere et acceptum. Volentes ipsum vberiori Nostrae Maiestatis dono prosequi gratiose, eidem vigore praesentium plenariam et omnimodam damus ei attribūimus auctoritatem, ut ipse Magister Iohannes Stock, Praepositus in dicta sua Ecclesia Scepusiensi, tamdiu, quoad ipse ipsius Praepositurae fungetur titulo et possissime, omnia et singula beneficia ac quaslibet dignitates, videlicet Lecturatum, Cantoratum, et Custodiatum, nec non Canonicatus et Praebendas, aliaque singula beneficia in ipsa Ecclesia S. Martini, a modo in antea vacatura, auctoritate nostra Iuris Patronatus, quam in eundem Magistrum Iohannem, Praepositum, ex nunc in antea de certa nostra scientia et plenitudine potestatis praesentibus transferimus, quibuscumque personis ad id idoneis et bene meritis, de quorum vita, moribus, scientia, et conuersatione se tenebitur semper diligenti experientia mediante informare, in quo conscientiam suam oneramus, maluerit, conferendi, et de eisdem ac quolibet eorum providendi, in eiusdemque nostra regia, et sua ordinaria auctoritatibus, easdem personas idoneas insituen- di, ac confirmandi, locaque, titulos, fructus, redditus, ac utilitates quaslibet, eorumdem eis, et eorum cuilibet assignandi, et per alios, quorum interfuerit, pleno cum effectu administrandi, et administrari faciendi, mandandi, committendi, et facienda, plenam, omnimodam, et liberam in effectu habeat facultatem, atque auctoritatis nostrae omnimodam potestatem, praesentium nostrarum Litterarum vigore, et testimonio mediante. Datum Posonii octauo die Epiphaniarum Domini, Anno

*eiusdem MCCCCXXXV. Regnorum nostrorum Hungariæ etc. XLVIII. Romanorum XXV. Bohemiae XV. Imperii vero Secundo. Anno hoc Magistrum Ioannem Stock a Veteris Budae Praepositura Scepusiensium translatum esse, Peterfii coniectura est: ast id certius est, eundem crebris sollicitationibus id apud Matthiam Coruinum Regem effecisse, vt idem Praepositurae priuilegium an. 1458. regio confirmaretur Diplomate; Pium quoque Secundum in id induxisse, vt noua Bulla Pontificali an. 1459. XV. Kal. Dec. Mantuae signata, stabiliretur. Synodum Scepusiensem dioecesanam sub Matthia I. rege, et Dionysio S. R. E. Cardinali, publicis litteris Leutschouiam conuocauit an. 1460. cuius conditi Canones XLVI. leguntur apud Peterfium Sacror. Concilior. Hungar. Part. I. pag. 202. seqq. Mortuus est anno 1472. teste Catalogo compendiaro Dominorum Praepositorum Mscto. Non paruum lucem prioribus foenerabuntur binae Regiae Litterae hic commemorandae, quarum alias Albertus Rex dedit ad Comitatum Scepusiensem, alteras Elisabetha Regina ad ipsum Ven. Capitulum, exscriptas ex Matricula Molleriana Fraternitatis XXIV. Regalium Scepusiensis Mspta:*

- I. *Albertus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, Archidux Austriae etc. Fidelibus nostris Comiti et Vice-Comiti ac Iudicibus Nobilium Comitatus Scepusiensis. Item Magnifico Iohanni de Peren, Magistro Thavernicorum nostrae Maiestatis salutem et gratiam. Cum Nos venerabilem magistrum Iohannem Stock, Med. Doctorem, Praepositum Ecclesiae S. Martini Scepusiensis, nostrae Maiestatis Physicum, et Consiliarium fidelem dilectum, simul cum vniuersis possessionibus, et iuribus possessionari-*

tionariis dictae Ecclesiae Scepusiensis, nec non rebus et bonis suis quibuslibet, iustis utpote, et legitimis, in nostram regiam recepimus protecturam et tutelam specialem, viceque nostrae Maiestatis personae, vestrae commiserimus tuitioni. Igitur fidelitati vestrae firmiter praecipimus, et mandamus, quatenus a modo in antra annotatum Magistrum Ioannem Stock, in praedictis possessionibus et iuribus possessionariis, rebusque et bonis suis quibusuis iustis, ut praefertur, et legitimis, contra quosuis illegitimos impeditores, et aduersarios eius, Benedictum de Scepus, et Georgium de Marias, nec non Ladislaum de Rakoltz, qui eidem Magistro Iohanni Stock diuersas minas et iniurias, variaque damna et nocumenta minus iuste, et indebite intulisse asseruntur, inferreque et irrogare machinantur, in futuro protegere, tueri, et defendere debeatis nostrae Maiestatis in persona et autoritate, vobis in hac parte specialiter attributa, et iustitia mediante. Praesentibus perlectis, exhibenti restituitis. Datum Budae in festo natiuitatis Beati Iohannis Baptistae, Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

11. Elisabetha Dei gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Austriaeque et Styriae Ducissa, Marchionissa Morauiae, Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae S. Martini Scepusiensis salutem et gratiam. Displicenter admodum audiuius, quod de voluntate Regis Poloniae, Episcopus Segniensis Praeposituram dictae Ecclesiae S. Martini, et eiusdem Bona uniuersa ac dotes, Venerabili Iohanni Stock, Praeposito nostro ac hominibus ipsius abinde eiectis et expulsis, pro se ipso in suae salutis dispendium fecisset occupari, occupatosque eiusdem homines prae manibus tene-ret de praesenti. Et quod etiam vos ab obedientia dicti vestri Praepositi valde inconsulte apostando, manda-

*tis praefati Segniensis Episcopi gaudenter tanquam vestro Praeposito parere decreuissetis, omnemque obedientiam praestaretis eidem de praesenti. Et quia praeter id, quod praeuie ex ratione a Praelato vestro maiori, Archiepiscopo videlicet Strigoniensi, dignam excessus vestri poenam recipere meremini, et debeat, nostrae interest Maiestati vos redarguere de praemissis. Ideo vobis sub infidelitatis nota mandantes, praesentibus commitimus, quatenus illam, quam debetis et tenemini obedientiam, non Segniensi dicto Episcopo, aut alteri cuiquamque, sed praelibato domino Iohanni Stock, vero vestro Praeposito, exhibere, et suis hominibus, in occurrentis negotiis iustis scilicet et legitimis possit succurrere, auxiliumque impendere modis omnibus debeat. Et scus sub obtentu gratiae nostrae facere non ausuri. Datum Iaurini feria sexta proxima post octauas Corporis Christi, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo.*

Nec ea hic ornittenda fuit Inscriptio, quae in Propylaeo Templi Praepositurae Scepusiensis Gothicis characteribus adpicta hodieum visitur: *Anno MCCCCLXII. inceptum est hoc opus Praepositi Domini Iohannis Stock.*

87. STOCKER (LAURENT.) Philos. et Med. Doctor, in exordio labentis Seculi Caesareo-Regiae Maiestatis status militaris, nec non Lib. Regiaeque metropolitanae ciuitatis Budensis, Physicus ordinarius.

#### O P E R A.

1. *Ofnerischer Pest-Schild; oder gründlich kurtz verfaßte Deduktion von Beschaffenheit der Anno 1709. und 1710. fast durch das ganze Königreich Ungarn grassirenden pestilenzialischen Seuche etc.* Vien. an. 1711. 8. plag. 6. Libellus hicce est compendium

dium maioris operis, cui titulum fecit, *Scutum de Peste*, quod antequam typis edendi sese commodior offerret occasio, huncce publicavit in compendio Germanice: illud vero nunquam in lucem prodisse meminerim.

2. *Thermographia Budensis, seu Scrutinium Physico-medicum Aquarum mineralium Budae scaturientium.* Viennae 1721. 4. Recusa Budae an. 1729. 4. plag. 18. In compendio idiomate Germanico exhibita est in Libello, quem Consul, Iudex, et Senatus Budensis ediderunt sub hoc titulo: *Neu aus seinem Stein-Hausen wiederum aufwachsendes Ofen.* Budae an. 1733. 8. plag. 6.

38. SZENT-KERESZTI, aliter SANCTA-CRUCIUS (DANIEL). Posteaquam Hafniae, sede Regis Daniae, pro obtinendo gradu in Medicina an. 1694. Praef. D. Oligero Iacobaëi, Phil. et Med. Doctore, de *Aquis mineralibus salutaribus*, disputasset, et in patriam, vnde exierat, reuertisset, non modo Lib. Regiaeque ciuitatis Eperjessensis, sed Incl. quoque Comitatus Sárossiensis ordinarius inauguratus est Physicus: eam prouinciam cum laude obiit, vsque ad annum. 1710. quo aetatis XLIV. peste extinctus fato cedere cogebatur. Eum chemicis potissimum operationibus fuisse delectatum, fida multorum constat traditione: idem testantur nuper quoque admodum effossa Eperjessini in aedibus Pulszkianis Laboratorii chemici St. Keresztiani rudera; inuenta quippe sunt in cellario lapideo subterraneo vasa et instrumenta varii generis plurima, chymicis olim vsibus inferuentia. Hanc laudem ei adtribuit Poeta quoque Zablerus, in Memor. Medicor. Thorunens. vers. 700. seqq.

— *Sanctocrucii sollertia quanta*

*Exstiterit, chemici testantur nempe lobores:*

*Ille Metallorum norat quia semina, summum*

*Arte apicem tenuit, Panacaraque munere diuum*

*Ignis ope emerfit, gemma pretiosior omni.*

89. SZENT-PÉTERI (IONAS HODOR), Lossontzini in lucem edidit mater Sophia Repetzki anno labentis seculi secundo. Patrem habuit Ioannem Hodor Sz. Péteri, dicti oppidi primo Scholarcham, postea in eadem Ecclesia V. D. M. disertissimum. Ex patrio gymnasio ab his parentibus ad continuanda studia Claudiopolim Trausiluanorum emissus est: ibi Ill. Comitis Danielis Vass stipendio adiutus, tantum in bonis litteris profecit, vt mox augendis scientiae thesauris in exteras regiones sese reciperet. Traiecti ad Rhenum in Philosophia, Halae vero Magdeburgicae in Medicina capessit summos honores et priuilegia: post peractam decennem peregrinationem litterariam, rediit ad patrios lares, Lossontzini, Rimaszombatini, sed Tokajini fuit plurimum praxi deditus. Vitam coelibem in Possessione Báj clausit d. 29. Iun. an. 1759.

#### OPERA.

1. *Carmen aeterno honori Hieronymi van Alphen, Theol. Doctoris et Professoris, nuncupatum*, quum is octauam S. Codicis editionem Hungaricam procuraret. Ultrajecti an. 1736. in fol.
2. *Disput. inaug. philosoph. de Adtractione corporum*. Ultraj. an. 1739. 4. plag. 3.
3. *Disput. inaug. Physico-medica, de corditione Corporum*. Halae Magdeb. an. 1741. 4. plag. 5.
4. *Arith-*

4. *Arithmetica, Geometria, Matheſis, faciliori metho- do ſeorſim ſingula elaborata. De Cura grauidarum et infantum. In Epictetum et Pythagorae ſymbola Commentatio critica, etc.* Prelo deſtinata haerent nunc in ſcriniis fratris germani, Joſephi, concio- natoris Vágáſienſis.

90. TORKOS (IVSTVS IOANNES), natus eſt Iau- rini An. 1699. d. 17. Dec. Patre ex antiquiſſima inter Iaurinenses familia, Andrea Torkos, paſtore Euangelico - Auguſt. Confeſſ. matre Sophia Cathari- na Peecz, Halberſtadienſis gemmarii filia. Tem- pore reuolutionis Rakotzianae Iaurino archi- uſtato in litteris priuatas habuit inſtitutiones. Anno 1710. peſte Iaurini graſſante, carbunculo peſtilen- tiali correptum pater ſanitati reſtituit: anno ſequen- te in Nouiſoliense gymnaſium exmiſſus, ibidem per triennium Matthiam Belium Rectorem docentem audiuit, eum etiam an. 1714. Polonium ad docen- das litteras euocatum preſſo pede ſecutus eſt. Hinc anno poſtero Halas Saxonum a Patris amico, Fran- ckio, theologiae Profeſſore exoratus, ſemet contu- lit, et ibi poſtquam in ſcholis orphanotrophei triennium expleuiſſet, reuocatus in patriam, Noui- ſolii in officina pharmaceutica Medici Caroli Ottonis Molleri, viam praeuētibus Andrea Hermanno, Me- dicinae Practico, et Auguſt. Roſtio, pharmacopoeae Mollerianae adminiſtratore, artem pharmaceuticam, et metallurgiam pyrotechnicam, apprime ſibi cog- nitas reddidit. Exacto trium annorum ſpatio, anno 1720. Halas repetiit, ubi in philoſophicis ſtudiis Wolfium potiſſimum, in medicis vero Baſſium, Coſch- witzium, Albertium, Hoffmannum, praecepto- res naſtus, tandem an. 1724. d. 1. Iun. Doctoris Medici honores et iura ab Academia ibidem con-



stituta promeruit. Eodem mense simulac Patriae limites attigit, recto itinere Ill. Colonelli Babotfai filium, in equestri patris militia centurionem, Albam Graecorum comitatus est. Heic loci praeunte Ludovico Hackio, Serviae Proto-medico, praxin auspiciatus, eam deinde Pofonii, mox laurini, egregie firmavit, quoad an. 1726. in Comaromiensi, et sequenti in Strigoniensi quoque Comitatu, ordinarii Physici spartam adiret. Dum in gremio horum Comitatum diuersaretur, anno 1731. Comes Nicol. Pálfi, Regni Palatinus, Pofonium accersitum, suum personae Medicum dixit, cui mox an. 1740. Lib. Regiaeque eadem ciuitas, ob praestita singularia in variis casibus officia, ex Regii Consilii Locumtenentialis consensione, munus ordinarii Physici detulit; quam provinciam omnium cum adplausu pulcre fatis exornavit, ad d. 7. Aprilis anni 1770. quo vitam reliquit. Datum id est ei honoris, vt an. 1751. in Societatem Botanicam Florentinam susciperetur, et misso postea publicae fidei Diplomate, Laur. Marchionis de Albizis, et Petri Comitis de Pieruccy a secretis, manu signato confirmaretur. Noua ea fuit honoris accessio, dum anno 1752. regia quoque Scientiarum Societas Londinensis, dum erudito huic Concilio Mart. Folkes, Eques auratus, praeesset, suum sodalem honorarium denominavit. Antiquissimae Nobilitatis Torkosianae Insigne aeri insculptum exhibuit Burgstaller, Consul Pofoniensis, inter Insign. Nobil. Famil. R. Hungar. Decad. I. num. 9.

## O P E R A.

1. Dissert. inaug. med. Praef. Alberti, *De Febre Petchiali*. Halae Magd. an. 1724. 4. plag. 5.

2. *Taxa*

2. *Taxa Pharmaceutica Pofoniensis, cum Inſtructionibus Pharmacopoeorum, Chirurgorum, et Obſetricum, iuſſu Excellſi Conſilii Regii Locumtenentialis quatuor linguis, latina, Hungarica, Germanica, et Slauica, elaborata.* Poſon. an. 1745. in fol. alph. 1. plag. 3.
3. *Schediasma de Thermis Pöſthenienſibus.* Poſon. an. 1745. 8. pl. 4.
4. *Thermæ Almaſienſes, iuſſu Excellſæ Camerae regiae deſcriptæ:* Poſon. 1746. plag. 5. in 8.
5. *Polychreſtus Liquorrol való Tudofitás.* Poſon. an. 1756. 4.
6. *Obſervationes anatomico-medicae de Monſtro bicorporeo virgineo, an. 1701. d. 26. Oct. in Pannonia infra Comaromium, in Poſſeſſione Szöny, quondam Quiritum Bregetione, in lucem edito, atque an. 1723. d. 13. Febr. Poſonii in Coenobio S. Urfulae fato functo, ibidemque ſepulto. Ex Ephemeridibus Car. Raygeri collectæ et deſcriptæ, per I. Iuſtum Torkos, Med. Doct. tandem inſertæ Transaction. Philoſophic. Anglicanis Vol. L. part 1. §. 39. Harum compendium legiſis in Commentar. Lipſienſ. de reb. in Scient. nat. ac medic. geſtis Vol. IX. part. IV. pag. 686.*
7. *Sal minerale alcalicum nativum Pannonicum, et ex eodem parata remedia: liquor polychreſtus alcalicus; et Sal polychreſtum alcalicum.* Poſon. 1763. 8. pl. 1.
8. *De Aere, Aquis, et Locis Poſonicuſibus.* Germanice, Poſon. an. 1764. 8. pl. 4.
9. *Balneum aquae dulcis, oder Bericht vom Nutzen und Gebrauch des Donau-Bades,* Poſon. an. 1765. 8. pl. 2.
10. *Bericht von dem natürlichen alcaliſchen Hungariſchen Mineral-Saltz, und von denen aus demſelben bereiteten Liquor alcalicus polychreſtus, oder alcaliſchen*

*schen polychrest-tinctur* etc. Poson. an. 1766. 8.  
pl. 1 $\frac{1}{2}$ .

## OPERA INEDITA.

1. *Diacrisis medica curationum sympathicarum, opposita Tractatulis tribus Caroli Iosephi S. R. I. Equitis de Bukisch et Loevenfels, Medici artis Sympatheticæ, Practici Posoniensis, anno 1737. Posonii typis editis. Primus est: Tractatus curiosus sympathicus, actiones magneticas, et curæ sympathicæ observationes complectens. Alterius titulus est: Sympathisches Tractätlein, worinnen die wahrhaftige Approbation sympathischer Kunst in Curirung und Heilung aller innerlichen Gebrechen und Zuständen der Menschen vorgestellt wird. Augustæ Imperatrici Elisabethæ Christinae dedicatus est. Tertius titulum habet: Theses sympathico-medicae, Dominis Galenicis Medicis ad discutiendum expositæ, gratia experiundi eorum contra artem sympathicam difficultates. De hoc artis sympathicæ Practico et impostore Medico, qui, curationibus suis euilescentibus, clam se Posonio subduxit, plura videri possunt in Commerc. Litterar. Noric. anno 1744. hebdom. 1. pag. 3.*
2. *Descriptio Acidularum Incl. Comitatus Zolienfis, et nonnullarum aliarum, iunctim quadragenarum, in IV. ordines dispositarum. I. Minimum aut vix vitriolico-martialium, alcalico-salinarum, exhibentium sal alcalicum minerale, et terram spatiosam alcalicam, similiam Aquæ Selteranae. II. Magis vitriolico-martialium, alcalico-acidarum, praevalente acido, exhibentium Sal minerale mediae naturæ, et terram Seleniticam, æqualium acidulis Spadanis. III. Maxime vitriolico-martialium, acido-alcalicarum, praevalente*

valente alcali, exhibentium Sal minerale, partim mediae naturae, partim alcalicum, et terram alcalicam selenitico-spatosam, similium acidulis Pyrmontanis, Egranis, Roysfchensibus. IV. Tepidarum vitriolico-martialium, sale alcalico et medio dotatarum, crassaue ochracea et tophacea terra aggrauatarum, balneo deseruientium.

3. Relationes Pofonienses in casibus medico-forensibus, Quaestiones Iuris ciuilibus, criminalis, et ecclesiastici definientes; ac praeterea curam sanitatis publicam aequae rerum et personarum concernentes.
4. Observationes clinicae, ostendentes, quam difficile iudicium sit, partim circa diagnosin, partim methodum therapeuticam, partim denique experimentum pharmaceuticum.
5. Reflexiones Medicae circa curaturam pecorum, vigore Extractus summarii Reflexionis adiunctae et emanatae an. 1768. mense Maio, Exc. Cons. Loc. Regii Intimati, eidem Exc. Cons. Loc. Regio, an. 1768. m. Iunio, et an. 1769. m. Maio submissae.
6. Historia Exmissionis iussu regio M. Aug. An. 1742. Brunam Morauiae, ad Luem intra septem hebdomadarum spatium 800. milites praesidiarios Hungaros enecantem cognoscendam, et auertendam, ac intra triiduum integre sopitam.
7. Miscellae Observationes et Epistolae varii argumenti quamplurimae.
8. Descriptio singularis speciei Cicutae, quae in Comitatu Iaurinensi, in palude ad pagum Kony reperitur, communicata cum Illustr. Macclesfield, Reg. Societ. Scientiar. Londin. Praeside.
9. Specimen Descriptionis Lacus Peysonis, Exc. Cons. Reg. Locumtenent. exhibitum, adprobatum, et suae  
Maie-

*Maieftati Sacratiffimae fubmiffae.* Dum in ipfam dicti Lacus descriptionem fe totum quantum folertiffimus hic Naturae indagator immergeret, vtiliffimo huic operi immortalus eft, magno reip. noftrae litterariae detrimento.

91. TSEH (MARTINVS), Hungarus natione, celebris in aulis Magnatum patriae Hippiater, a Turcis ad Agriam graffantibus captus, Conftantinopolim in captiuitatem abductus, inde vero mox liberatus, apud varios Germaniae Principes, Magnates, curandis equis admotus, ordinarius Electoris Brandenburgici fupremus Agazonum Magifter omnium nouiffime conftitutus, multa edoctus experientia fcripfit *Tractatum de cura equorum*, qui primum prodiit idiomate Germanico, poft conuerfus in vernaculam, dedit ei Titulum:

*Lovak orvoffágos szép ujj Könyvetskéje, melyben fokféle próbált experimentumok, és orvoffágok táldtatnak, kiket Török, Magyar, és Német országokban lakó Fejedelmeknek és nagy Uraknak Udvarokban edgyben fzedégetett n' Brandenburgiai Herceg fő - Lovász Meftere, Tseh Márton. Leutschov. an. 1656. 8. Recufus ibidem apud Samuellem Breuer an. 1676. 8. plag. 7.*

92. TSOKÁ'S, aliter MONEDULATVS (PETRVS), patria Lafcouius e Comitatu Baroviensí, ex Scholis Transiluanorum, in quibus eruditus eft, liberali Magnifici Alexandri Kendi, fummi Regni Cancellarii, adiutus munificentia, an. 1578. Vittebergam ad excolenda altiora ftudia exmiffus, et instituta per Heluetiam, Italiam, Galliam, duplici peregrinatione litteraria, a Patronis, Regni Transilvaniae Praefidibus,

fidibus, an. 1582. domum reuocatus est, primum  
 scholae Várfahelyinae Ludi rector constitutus, mox  
 Ecclesiae Fogaralinae Ecclesiastes designatus: at,  
 prout ea suadebant tempora, tertium quoque in  
 Italiam iter suscepit, Bononiam, Romam, cum no-  
 bilioribus Galliae et Germaniae vtriusque Vniuersi-  
 tatibus vilitavit, tantumque per octennium illud,  
 quod apud externos expleuit, in omni disciplinarum  
 genere profecit, vt Linguarum, orientalium in pri-  
 mis; Historiarum cognitione, Patrum lectione, ver-  
 bo, varia eaque solida eruditione alios suo aeuo in  
 Patria multis parasangis facile superarit. Hunc  
 Theod. Beza in vna suarum Epistolarum, Geneuae  
 anno 1585. data, multis celebrauit encomiis. Egre-  
 gium sane eruditionis suae monumentum edidit  
 apud Claudiopolitanos quoque anno 1581. quod ex  
*Archiuo Capituli Mediensis* produxit *Paul. Ember, in*  
*Histor. eccl. Hung. et Transf.* pag. 690.

## O P E R A.

1. *Speculum exilii et indigentiae nostrae, s. libellus, in quo utilis et diuina verum Deum vere inuocandi modus traditur, breuibus quidem, sed planissimis explanationibus, in gratiam aeternum Iehouam, Patrem, Filium, et Spiritum S. in Spiritu et veritate inuocantium, exponitur.* Coronae an. 1581. 8. alph. 2. plag. 9. Dedicatus est Magnif. Calimiro Horvátli Petrytwnicz, Principis Transilvaniae Consiliario, et Stephani I. Regis Poloniae in arce Fogaraliensi Capitaneo etc.
2. *Nablium praecanum, in quo illustrium aliquot Transilvaniae Heroum, scilicet Sigismundi Báthori, Principis Transilvaniae; Magnificorum DD. Wolfgangi Kouájzolzski, summi R. Cancellarii; Alexanari*

xandri Kendi, Stephani Báthori de Somlió, iunioris; Iohannis Iffju; Iohan. Gálfy; Casimir. Horvátli Petritowicz, Franc. Kendi, Franc. Gezti, laudes, partim Graecis, partim Latinis decantantur carminibus. Coronae an. 1581. 8. plag. 2.

3. *Theorematum, de puro et expresso Dei verbo*, tam scriptis, quam viua voce tradito, et pari vtriusque autoritate, an. 1581. in Gymnasio Claudio-politano in Transilvania, a nouis Societatis Iudae monachis propositorum, *examen et refutatio*. Accedunt orthodoxae assertiones, de auctoritate et necessitate ac fine sacrarum litterarum, certissimis Scripturarum testimoniis, et sacris antiquorum Patrum scriptis comprobatae: Geneuae 1584. in 8. Alph. 1. plagg. 2. Nuncupatum est opus hoc Spectab. ac Magnif. Regni Transilvaniae Gubernatoribus et Consiliariis, Alexandro Kendi, Wolfg. Kovafzoci, Ladisl. Sombori, Dionys. Tšáky, Ioh. Gálfy.
4. *Pigmentum originis Sectae Iesuiticae*, quo vita, doctrina, et mores Iesuitarum, in primo nouae huius Sectae magistro repraesentati, depinguntur. Geneuae 1584. in 8. plagg. 2½. Oblatum est M. Benedicto Hofvano, Ecclesiae Albanae doctori, et generali Paroeciae Albanae Decano.
5. *Ode protreptice ad Magnific. D. Stephanum de Báthor, Comitem Comitatus Zathmár et Sabolch etc. scripta*, et praefixa Enchiridio locorum communium Fegyvernekii edito Basil. an. 1586. in 8. et alias saepius recuso.
6. *De Homine, magno illo in rerum natura Miraculo, et partibus eius essentialibus Libri II.* Vitteb. an. 1585. 8. alph. 1. plag. 5. Georgius Matthiae, celeberrimus Goettingensium in Medic. Professor, candidus ipse

de ipse mihi in litteris suis confessus est, se solo huius libri titulo alicubi, forte apud Lindenium et Merklinum, viso, fuisse inductum, vt nostrum in *Conspectu suo Historiae Medicorum chronologico* pag. 365. in Catalogum Medicorum orbis vniuerli inscriberet: etsi is professione minime fuerit Medicus, et argumentum suum theologicæ potius sit persecutus: ego tamen ex tam honorifica sede exturbare nolens, dedi hic ei locum, quippe qui Cap. III. et IV. Libr. II. hominem phyllicæ quoque pro more suo satis erudite descripsit a pag. 403. ad finem. *Rotarides* in *Lineament. Histor. Litterar. Hungaricæ* pag. 43. ita rarum hunc dicit esse librum, vt non facile conspici, nedum haberi possit, ob id tamen potissimum pretio dignissimum, quod in Epistola nuncupatoria omnes Hungari, inde ab initio Reformationis, vsque ad eius tempora, Vittebergæ in litteras incumbentes, ferie chronologica, cum nonnullis memorabilibus recenseantur \*). *Boernerus*, nuperus Vittebergensium

\* MARTINVS CZYRIAKI, *Leutschoviensis*, fuit omnium primus, qui ex Hungaria ad videndum et audiendum Lutherum an. 1522. Vittebergam se contulit: plures a Monedulato enumerantur in hoc Catalogo, quam 455. Hungari, qui subsecutis annis, ad an. 1585. vsque, quo defuit, in Vittebergensem studiorum causa excurrerunt Vniuersitatem. Prostat in publica Collegii Claudiopolitani Bibliotheca tale huius libri exemplum, in quo interruptam hanc Hungarorum, suorum Popularem, seriem, *Ieremias Lipontus*, *Baronius patria*, ad modum Monedulati collectam, produxit ad an. 1597. vsque, et manu sua ad d. III. Non. Octobr. anno eodem illuc inscripsit: quæ quia nullibi gentium, quam ibi existit, iuuabit heic loci ex toto referre:

*Andreas Carolinus*, 36. Senior, An. 1585. a quo sequentes sunt cooptati: *Nicolaus Ianko Debrecinus*, *Balthasar Miscolcinus*.



fium Professor Medicinae, scripsit Epistolam ad Paul.

*Lucas Kotsky*, Sen. 37. an. 1586. a quo sequentes excepti: Ioan. Tsaholinus, Mich. Börveinus, Mich. Cibrádi, St. A. Tholnensis, Ioh. S. Tholnensis, Steph. Felegyházi, Alex. Szamosközi, Andr. Mohinus, Nic. B. Debrecinus.

*Ioh. Csánádus*, Sen. 38. an. 1537. sub quo accesserunt: Mart. Thuri, Dem. Liscentis, Franc. Nemethinus, Petr. Litterati Szent-Peterinus, Franc. Banti Loffontzi Baro et Comes, Ioh. C. Decius Earouius, qui post Italicas, Gallicas, et Germanicas peregrinationes, Claudiopoli, intra anni spatium commoratus, scripsit Syntagma Iuris Imperialis et Hungarici IV. perspicuis Quaestionum et Responsum libellis comprehensum, Illustrissimo Principi Transilvaniae dedicatum, ac postmodum in Gymnasium Szekely-Várfahelyiense vocatus, annis non paucis magna cum laude docuit. Mich. Forgách de Gyemes Baro, Demetr. Karkovius, Transilvanus, qui post institutas in Italia, Germania, aliisque regnis ac ditionibus peregrinationes, scholae Patakinae gymnasiarcha factus, laudabiliter iuuentuti praefuit. Sigism. Mariafi Nobilis, Demetr. Szkarinus, Valent. Sárközinus, Ioh. Lentulus Szepsius, Franc. N. Debrecinus; Franc. Tholnaeus, Ioh. Garai Tholnensis, Mich. Thasnádus, Georg. Zilagi Udvarhelinus.

*Ioh. Czaholinus*, Sen. 39. an. 1588. a quo sequentes cooptati: Thom. Cusalinus, Basil. Kerskemetinus, Ioh. Palf Szegedinus, Mart. Thallyacinus, Georg. Békcsinus, Calp. Herczeg-Szölötinus, Georg. Szikszovienfis, Greg. Inantzinus, St. Ujhellyinus, Ioh. Cs. Ungvarinus, qui post felicem scholae Varadinae gubernationem, a regni Transilv. Proceribus mox Albam Iuliam introductus, primariam ministerii ecclesiastici functionem subiuit. Ioh. Soos Debrecinus, Ioh. Taraczk Debrecinus, Bened. Nagy Thallyai, Ioh. Borveus, Ioh. Thoronaeus, Sigism. Czáki Nobilis.

*Mart. Thurius*, Sen. 40. an. 1589. a quo excepti: Ioh. S. Czegledius, qui itinere Germanico confecto in patriam reuersus, mox Italicam quoque peregrinationem suscepit. Mich. Varadinus ex hac Academia Vittembergensi, in coelestem requiem euocatus est. Andr. Ungva-

Paul. Fabri, Neofolientem Hungarum, directam,  
*de Hungarorum atque Hungaricae gentis ad ornandam*  
*Academiam Vittebergensem studio*, ibid. anno  
 1756. 4. pl. 2. editam. In ea Vir iste eruditissi-  
 mus

Ungvarinus, Petr. Bakai, Matthæus Dobrai, Thom.  
 Esterhas Galanthenfis Nobilis, Georg. Comarominus,  
 Laurent. Thuius, Iohan. Tantzos Debrecinus.

*Ioh. Ungvári*, Sen. 41. an. 1591. a quo sequentes cooptati:  
 Ioh. Vári, Sr. Szeredaheli, Thom. Vári, Greg.  
 Váczi, David Agriensis, Em. A. Ujfalvinus, post lon-  
 gissimas in Anglia, Dania, ac Gallia peregrinationes,  
 tandem scholæ Debrecinæ in Vngaria Præses lactus,  
 non sine laude suos docuit, Thom. Babarci, Ioh. Va-  
 sarheli, Ioh. Nögerinus, Ioh. Regius Szegedinus,  
 Andr. Mednicenus, Christophorus Czegledi, qui Vir-  
 teb. an. 1593. Kal. Decemb. obiit, Mich. Szinervaralj,  
 Nic. Haynicenus, Mich. Lollonczí, Mich. K. Thol-  
 nensis.

*Andr. Ungvári*, Sen. 42. an. 1592. a quo exceptus est  
 Mofes Callai.

*Emer. A. Ujfalvinus*, Sen. 43. an. 1593. sub quo sequen-  
 tes accesserunt: Ios. Göntzinus, Ioh. Baltha Beoltze-  
 liensis.

*Ioh. R. Szegedinus*, Sen. 44. an. 1594. a quo hi sunt co-  
 optati: Nic. Nemethi, Ioh. Szikszai, Andr. Szeplinus,  
 Ioh. Rettegi Transilvanus, Ioh. Thuri, Ioh. P. Bel-  
 vari, Alex. Laskai.

*Ioh. Thuri*, Sen. 45. an. 1595. a quo seqq. excepti:  
 Balth. Z. Baboltfai, Ieremias Past Lipoinus Barouius,  
 14. Aug. an. 1595. St. Thelegdi, Thom. Szeli, Ioh.  
 Bekéfi, Balthaf. G. Miscolcinus, Em. K. Ujfalvinus,  
 Isaac Retfalvinus, Ioh. G. Bekefinus, Balth. C. Debrecinus,  
 Ioh. A. Ketskemetinus, Petr. L. Margitai, Alb.  
 Károli, Mich. Ovári.

*Ioh. P. Belvari*, Sen. 46. an. 1596. d. 17. Oct. sub quo  
 sequentes accesserunt: St. K. Szikszovinus, St. N. De-  
 cius, Georg. Thurius, Petr. S. Debrecinus, St. P. Ric-  
 culinus, Bened. P. Szegedinus.

*Thom. Szeli*, Sen. 47. An. 1597. a quo hi cooptati:  
 Mich. Visolinus, Petr. H. Zombouinus.

mus Catalogum ciuium Hungaricorum, qui illic bonis artibus ab hominum memoria studuerunt, contexere adgressus est; ac vtinam in hunc Monedulati nostri librum, quem citat, curatius introspeisset, et inueniretur quispiam, qui, Historiae litterariae Hungaricae commodo consulturus, hanc ita, vt par est, pro rei dignitate persequeretur materiam!

93. TZANAKI MATTHAEVS), Parentes, nobili in Hungaria ortos stemmate, dum altero aetatis anno amitteret, datus est an. 1595. in tutelam Comitis Stephani Báthori, Iudicis Curiae regiae, et Euphrosinae Homonnai, optimae matronae, orphanus, in splendida horum aula bonis moribus educandus; sed iis mortalitati subtractis, anno 1611. sui iuris factus est. Primo Tyrnauiam ad tractanda studia commigrauit, inde Posonium excurrit; spretis postea domesticorum gymnasiorum exercitiis, eruditionem in Austria et Morauia venatus est, vnde, post triennem apud externos peregrinationem, in qua omne decoxerat patrimonium, Gönczinum reuertit, et an. 1614. Sáros Patakinum, litterarum regni nostri ea aetate theatrum, recto peruenit itinere. Hic per quinquennium doctissimorum loci illius Professorum, Stephani Siderii, Georgii Lövei, Ioan. Szentzi, et Ioan. Filitzki, institutionibus vsus, ita exterarum nationum, Germanorum puta, Belgarum, Anglorum, Gallorum, Helvetiorum Academiae salutauit, singulari prius Georgii Rákótzii, Comitis, Maecenatis sui, adiutus patrocínio. vt post decennem in illis oris moram, varia excultus eruditione, titulos quoque Doctoris Medicinae impetratos reportaret in Patriam. Eum moderandae scholae S. Patakientis fuisse admotum, credit Petrus Bod  
in Athe-

in Athenis Hungar. suo loco; quod emeritus Lycaei illius Professor, Ioannes Tschtsi, in litteris d. 3. Febr. an. 1769. ad me datis, vero minime esse simile certis euicit documentis: at Medicinam fecisse, eamque in Aula quoque Principis Georgii Rakotzii I. exercuisse, nullum superest dubium.

## O P E R A.

1. *Controuersae partim Logicae, et Philosophicae, partim etiam Theologicae, quas per vniuersam Keckermanni Logicam auctori mouit Iacobus Martinus, ubi praeter ducenta fere et quinquaginta problemata, plurimis locis textus sensusque Keckermanni explicantur et vindicantur.* Lugd. Batau. an. 1625. 8. alph. 1. plag. 15. Adiecta hic ad calcem est *Oratio funebris, in obitum fratris Germani, Andreae Tzanaki ad Ecclesiam Vnguarinam, in qua orphanorum in Aulis Magnatum educatio, viuis, iisque nigris depingitur coloribus. Tale fratri suo positum prostat ibi Epitaphium!*

*Hospes, quid spectas? busto iacet hospes in isto,  
 Tam graue qui felix iam superauit iter.*

*Qui potuit? pietate, fide: quibus omne viarum  
 Se sciat instructum vincere posse malum.*

*Si potes, ista tibi fac sint adiuncta, Vator,  
 Tuque tuum felix sic superabis iter.*

2. *Logica et Metaphysica, Authore Matthaeo Mant. Tzanaki.*
3. *Scabiei Encomium, ad nobilissimos Scabianae Reipublicae Scabinos apud Leopardum an. 1627. in 12. vid. Linden. renouat. pag. 792.*
4. *A' Döghalálrol való rövid elmélkedés, mellyben a' döghalálnak mivolta, eredeti, okai, eszközei, tulajdonfági, orvosságai, a' Szent Irásbol, természet folyásabol, historiákból, világojjan megmutogattatik.*

An. 1634. 8. Principi Georgio Rákóti et Susannae Lorándfi dedicatus.

5. *Vngarus, hoc est, de natura verorum Vngarorum, eorum item, qui se Vngaros mentientes per diuersa regna mendicando vagantur.* Reipublicae Helvetiorum Magistratibus oblatus est legendus.

94. VALERIUS (DAVID). De hoc Medicinae Doctore, gente Iudaeo, educatione vero Italo, non plus scire datum est, quam quod Paullus Ember in Hist. eccl. Hung. et Transl. pag. 596. memoriae prodidit: *David Valerius, Med. Doct. vir in omni Scientiarum genere exercitissimus, qui cursum studiorum in Academia Salmantica, toto orbe celeberrima, absolvens, praecipuas Hispaniae, Galliae, Italiaeque Academias perlustrans, diuina tandem providentia Albam Iuliam Transiluanorum delatus, per crebram conuersationem excellentissimorum virorum, D. Ioannis Henrici Alstedii, D. Ioan. Henr. Bisterfeldii, et D. M. Ludovici Piscatoris, Illustr. Gymnasii Albenfis Professorum, ex Iudaismo conuersus, ad Professionem Theologiae et Philosophicam in Illustri schola Patakina obrundam, extraordinario stipendio ab Ill. Principe Rakotzio I. locatus fuerat.*

95. VANGIO FRANCUS (IOAN.) Vir admodum eruditus, et Transilvanicarum gentium Saeculo XV. Medicus, qui numismate Imp. Trajani apud Albam Iuliam inuento, Aventinum, quum ad illum Abusinam natale solum petens diuerteret, donauit, ipso teste in Annalibus Bojorum pag. 102. edit. Basil. an. 1580.

96. VÁRADI, aliter de VARADINO (MICHAEL), a patria ita cognominatus, religiosus Ordinis S. Pauli I. Eremitae in Hungaria professus, floruit singulari pietatis elogio ad an. Christi 1484. sub Generatu secundo b. Thomae de Sabaria, regnante in  
Hun

Hungaria inuictissimo Rege, Matthia Corvino, fuitque Varadini populo a concionibus sacris, et Medices peritissimus; haec ita referente *Andrea Eggero*, Ordin. eiusdem Sacerdote, in *Fragmine Panis*, s. *reliquiis Annalium Eremiticoenobiticorum Ord. S. P. Pr. Erem.* Lib. I. cap. 30. pag. 251.

97. WALLASZKAI (IOAN.). Natus in Villa Atfa Incl. Comitatus Pestienlis d. 14. Sept. an. 1709. Ad exteros iter suscepturus, Halam Magdeburgicam abiens, Friderici Hoffmanni potissimum manu-  
 ctione plurimis annis vsus est, eodem Praefide Do-  
 ctoris Medici iura et honores consecutus d. 3. Maii  
 an. 1734. In Academiam Imperial. Nat. Curios. sub  
 nomine *Columbi*, vt Socius d. 21. Febr. an. 1736.  
 receptus est. Primis annis XV. Viennae, postea Po-  
 fonii, et omnium nouissime Pestini, praxin medicam  
 in magna hominum celebritate exercuit. Apople-  
 xia tactus obiit d. 15. Septembr. an. 1767. et quia  
 omnem vitam coelebs traduxerat, superflites faculta-  
 tes, quae facile ultra centum millia florenorum in  
 parato aere accreuerant, vna cum instructissima Bi-  
 bliotheca, in Fiscum regium relatae sunt. Constans  
 fuit amicorum opinio, eum in Sodalitio cum Fra-  
 tribus Roseae Crucis vixisse; at id tamen certius est,  
 Alchemiae praeprimis fuisse amantissimum.

## O P E R A.

- Differt. inaug. med. Praef. Hoffmanno, *de morbis  
 Peregrinantium*. Halae Magd. an. 1734. 4. plag. 7.  
 98. WEBER (IOANNES), Vitae curriculum an. 1612.  
 ingressus est Eperjessini. In ea ciuitate publicus  
 Pharmacopoeus fuit, et Gymnasii Euangelicorum  
 Scholarcha, mox vrbs, pluribus annis, ludex prima-  
 rius, et tandem S. Caesareae Regiaeque Maiestatis  
 per Hungariam, superiorem Pharmacopola perpetuus.

tuus, et Medicus ordinarius. Hunc an. 1686. feralli gladio percussum fuisse, ob crimen laesae Maieftatis, dum scribit, vehementer fallitur *Czuittinger* in *Histor. Hung. Litter.* Nam auctor Theatri *Eperiesiensis*, coaeuus Scriptor \*, *Tragoed. III. §. VI. et VII. Fridericum et Danielem Weberos*, Ioannis huius filios, docet fuisse criminis laesae Maieftatis postulatōs, et sedente pro tribunali Antonio, Comite *Caraffa*, reos iudicatos, et amputatis prius vtrique viuo manibus, dein capitibus, an. 1687. d. 9. Maii quadripartitos, et sic de infelici ligno suspensos. Patrem vero Ioannem, aliquot iam antea annis, non violentam, sed naturalem oppetiisse mortem, idem testatur *Historicus*, in eodem MScto; qui nihil quidquam illius parcat honori, hominem ventosum, ambitiosum, in religione versatilem, fuisse commemorat, et digniorem ob polypragmatiam, qui filiorum loco infelix illud fatum subisset. Icon, quae mihi ad manus est, hanc gerit Inscriptionem:

*Ioannes Wber, R. Lib. reg. C. Eperjes p. t.  
Index Primarius, S. C. R. que Mai.  
Part. R. Hung. Sup. ordinarius ac perpetuus  
Pharmacopoeus, Anno Domini  
MDCLXII. aetat. suae 50.*

*Pro Deo, Caesare, et patria.*

*Iudicis ac Medici facies hic nuda refulget,  
Enthea sed virtus hic cooperta latet.*

*Subli-*

\* *Iohannes Resikins*, florentissimi Collegii *Eperiesiensis* Professor is est, qui alio quoque opere historico MScto celebrem se reddidit, *Gymnastologia nimirum Evangelica Hungariae*, quae deinceps a *M. Samuele Marhaerde*, eius Collega, supplementis aucta est. Queri tamdiu nunquam desinemus, quoad viles huiusmodi Codices MScti, munifica Maecenatum liberalitate, in lucem protrahantur.

*Sublimis vertex sublimia quaeque loquentis*

*Index est: vixuti plurima facia probant. M. I. Z.*

OPERA.

1. *Amuletum*, az az: *Rövid és szűk séges oktatás a Döghalálrol.* Bartfae. an. 1645. 12. plag. 7. Libellus iste de Peste scriptus, Germanico quoque et Slavico idiomate impressus legitur.
  2. *Ianus Bisrons*, seu *Speculum physico-politicum*, das ist, *Natürlicher Regenten-Spiegel.* Leutschov. an. 1662. in fol. alph. 1. plag. 2. Dum alterum Consul civitatis eligeretur, distribuit exemplaria inter ciues; Georgio Szeleptséni, electo Archiepiscopo Colocensi, et Aulae Hungar. Cancellario, obtulit.
  3. *Lectio principum, hoc est, politica manu ductio, quo pacto iuveni Ciubernatori Christiano verae iuxta pietatis ac virtuosae vitae, laudabilisque regiminis ratio, praemonstrari commode queat.* Leutschov. an. 1665. in fol. mai.
  4. *Historische Beschreibung des Wappens der königlichen freyen Stadt Eperies in Ober-Ungarn.* Leutschov. an. 1668. 8.
99. WERNHER (GEORGIVS), fuit vnus e numero Consiliariorum Incl. Regiae Camerae Hungaricae, quorum industria Regis aerarium seruari consueverat, ita docente Matth. Belio, Notit. Hungar. Tom. 1. pag. 455. Anno 1539. obeundo huic muneri, Ferdinando I. Imper. regni habenas moderante, admotus est, cuius singularem praeterea non modo in conferendis Bonis expertus gratiam, sed Arci quoque Sárossienti ad Eperiesinum sitae tutandae praefectus est, quam contra factiosos Zapolyianos egregie quoque tuitus est. Vir fuit singulari praeditus doctrina, etiam Medicinae peritia non leuiter tinctus; quod docet Epistola ad Gen. D. Georgium



Kapi, ophthalmia laborantem, Eperjessino an. 1538. scripta, quam hic ex autographo protrahimus: *Egregia Dominatio vestra a me scire petit de remedio oculorum, hoc modo faciendum est: egregia Dominatio vestra curet calefieri fornacem, siue in balneo, siue in alia Stuba, curet a summo capite deorsum per collum fieri frictiones, sinat poni ventosas in scapulis et summitate dorsi. Nihil autem curet Dominatio effectum, siue sit, siue non, caueat tantum ne fiat in coniunctione Lunae, et eius Quartis. Caeterum, quod rogat E. Dominatio vestra, ut laborem apud Dominos Capitaneos, ne Huszarotes in eius possessiones mittantur, id ego diligenter et sedulo faciam etc. Datum in Eperjes in vigilia Corporis Christi anno Domini 1538. Accedit id etiam, Fraternitatem XXIV. Regalium, in litteris ad Wernherum an. 1539. datis, sic sua subscripsisse nomina: *Egregiae vestrae Excellentiae humiles XXIV. parochialium Ecclesiarum Rectores; qui honorificus Excellentiae titulus ea aetate non nisi solis Medicis fuit proprius. Historiam rerum Hungaricarum conscribere fuisse meditatam, docet Epistola Paulli Bornemisza, Episcopi Transilvaniae, an. 1555. ad Ven. Capitulum Albense directa, quae ex autographo MSto excerpta ita legitur: Venerabiles Domini et Fratres nobis honorandi, Salutem. Perscripsit ad nos Vir eruditus, Georgius Wernherus, habere in animo, imo pro velle, ut gesta rerum Hungaricarum per publicam editionem suae lucubrationis memoriae consecret perpetuae. Cumque nos iam pridem ad eam rem promovendam, atque illustrandam, tum etiam locupletandam, quaedam de exordio et fundatione Ecclesiae Wesspremiensis illi ipsi suggesserimus, habeatque iam aliarum Metropolitanarum Ecclesiarum Regni Vngariae, praeter Albensem, originis cognitionem, petit nunc a nobis, ut idem ipsum de Ecclesia Albenfi faceremus, imprimis-**

que

que adnotaremus, quae eius sit origo, fundatio, a quibus suscepit incrementa, ornamenta, opulentiam, idque genus reliqua. Denique, si quae existerent antiqua Diplomata, ex quibus id ipsum, de quo fit mentio, accuratius intelligi posset, ut ea omnia transcripta, et in unum digesta, ad se transmitteremus. Quare hortamur fraternitates vestras, et nihilominus etiam vobis praecipimus, ut quamprimum praefatum negotium foundationis ipsius Ecclesiae Albensis, deputatis ad id idoneis personis, ut sunt Magister Matthaeus Bathay, Magister Ambrosius Mosdossy, Magister Albertus Cussos, et aliis etiam, qui ad id obeundum apti esse videbuntur, nobis diligenter, nec non summa cura ac sollicitudine, prout se res habuerit, perscribatis, idque ex privilegiis vetustissimis istius Ecclesiae bona ex parte colligere poteritis, addentes peristases, quo tempore, et sub quo Rege, et a quibus, et propter quam causam, ista Ecclesia fuerit combusta, et qui Capitulares Canonici fuerint tunc exulsi. Id autem erit pulcherrimum, ut posteritas sciat: proinde etiam atque etiam mandamus, sine vlla dilatione hanc rem perficiatis. Eosdem feliciter valere optamus. Datum ex arce nostra Gyalu 23. Augusti MDLV.

PAVLVS BORNEMISZA,  
 Episcopus Transilvaniae. M. S.

OPERA.

- I. *Hypomnematum de admirandis Hungariae Aquis.*  
 Basil. an. 1549. fol. Recusum Vien. an. 1551. 4.  
 Item Germanice ibidem in fol. Item in Commentariis Rerum Moscouiticarum L. B. Sigism. Herbersteinii. Antwerp. an. 1557. 8. et cum Antonii Possuini Moscouia, Colon. Agrip. an. 1563. in fol. Ibidem cum addita tabula lacus mirabilis ad Cirknitz an. 1591. in fol. Ibidem submittitur

etiam Martini Broniouii descriptioni Tartariae an. 1595. fol. Recuf. in Collectione Scriptor. Rer. Hungar. Bongarfii, Francof. an. 1600. in fol. Item nouiffime in Collectione Scriptor. Rer. Hung. Schwandtneri Tom. I. Vindob. an. 1746. in fol. Multum dolet Mathias Belius, in Praefatione huius Tomi primi, adnotationes MStas Caroli Raygeri, senioris, famofiffimi Medici Pofoniensis, fe adiicere non potuiffe. Recudit praeterea Wernherum Stephanus Cſiba, e Soc. I. ſub titulo: *Difſertatio hiſtorico-phyſica de admirandis Hungariae Aquis*, Tyrnau. an. 1713. in 12. Siniftrum de hoc reu. Patris opere iudicium, vid. apud Brückmannum Epistol. itiner. 98. Centur. I. & Magnal. Dei in locis ſubterranean. Part. II. cap. 17. p. 267.

2. *Elegia de ornatiffimi Antiftitis, Illuſtrisque Principis, D. Ioannis Thurſonis, Epifcopi Vratiſlaueriſis, Regiique olim in vtraque Sileſia Vicarii obitu, ad Fratres inclutos, Alexium et Ioannem Thurſones, liberos Dominos Plesnenses.* Cracou. ex aedib. Hieron. Vietoris an. 1520. in 4. Ab hoc munificentiffimo praefule Wernerus hic Noſter Paſcoua, Sileſiae oppido, vbi primam lucem adſpexit, miſſus eſt Cracouiam, vbi poſtquam ab optimis magiſtris literis elegantioribus ac liberalibus diſciplinis excellenter inſtitueretur, et mox Sigism. Herberſteinio, Germanor. ac Hungarorum Regis, Ferdinandi iutimo, a Ioanne Lango laudati Regis oratore, validiſſime commendaretur, ad Hungariae indigenas receptus, atque inſequenti tempore primarius eiusdem Regni Conſiliarius renunciatus eſt, ſimulque ſupremus arcis primum Sôuarienſis, et, ea diruta, Scepuſienſis Comes conſtitutus eſt, et nouiſſime, vt dictum eſt ſuperius, cunctis regiis in Pannonia ſuperiore reſidibus praefectus. Inſignem

signem Euangelicorum in Scepusio exstitisse Protectorem in Matricula Molleriana XXIV. Regalium pluribus verbis adseritur.

3. *Epigrammata* paruulo Libello *Luctui Pannoniae*, Cra-  
cou. Hieron. Vietoris formulis an. 1544. in 8.  
plag. 3. impresso *inserta*, varia sunt, sola illorum  
argumenta hoc ordine recitabo: 1. Epigramma in  
tumulum Ludouici II. Regis. 2. De Clade Mo-  
hatiana. 3. De Campis Mohatianis. 4. De  
Maria Regina, Ludouici Regis coniuge. 5. Ia-  
cobo Pifoni Transilvano, Ludouici II. praeceptor-  
ri. 6. Ad Ioannem Gofzton, episcopum Transil-  
vaniae. 7. Stephano Báthori, palatino Regni.  
8. Annae, filiae Stephani Báthori ex Sophia Ma-  
zouiae principe. 9. Thomae a Zalaháza, episco-  
po Agriensi ac Wefzpremiensi et regni Cancell-  
ario Graecum carmen. 10. Eidem Latinum. 11.  
Ladislao a Macedonia, Episcopo Varadiensi. 12.  
Nicolao Gerendio, Episcopo Transilvano et The-  
saurario. 13. Naenia anniuersaria in persona filii.  
14. Barbarae, Francisci a Reua Pro-Palatini Hun-  
gariae coniugi. 15. Valentino Zepfi, Praeposi-  
to Eörsiensis. 16. Petro Berizlo, Episcopo Wefz-  
premiensi virtutis ergo. Elegantissima sunt, Her-  
cle! haec Vernerii carmina, et poëtis vetustis  
conferenda. Non piget quae de clade Moha-  
ciana pag. 4. cecinit, speciminis loco in tabella  
haec flebili repetere calamo:

*Adeste moesti Pannonnes funeribus,*

*Casusque vestros plangite.*

*Non sexus, aetas, ordo quispiam sibi*

*Lacrymare turpe duxerit.*

*Facienda Vestris iusta sunt funeribus,*

*Natis, Amicis, Patriae.*

*Sed*

*Sed quis dolorem lacrymis aequauerit,  
 Quis explicarit funera?  
 Cum fortiter congressus hosti barbaro,  
 Ludouice Rex diue cadis.  
 Tecumque quisque occumbit optimus simul  
 Tuendae amore Patriae.  
 Antistes aedis summus Istrogranicae  
 Zalcanus, et fastigio  
 Pari situs Thomoreus ad Colociam,  
 Tum ceteri eius ordinis,  
 Varadiensis Perenei sanguinis,  
 Et Iauriensis Paxius,  
 Caholumque Chauadinicus propagine,  
 Et ab Athyna Georgius  
 Bosnensis, et tu Quinque Ecclesiis tuis  
 Philippe More nobilis.  
 Omitto principes suis maioribus,  
 Suosque dignos stemmate,  
 Sarcaniumque, signiferumque Dragsum,  
 Zechium, Balassam, Banfum,  
 Suaeque gentis vltimum Palocium,  
 Et Pereneum et Tharcium,  
 Aliosque nobilitatis inter agmina  
 Promiscue datos neci.  
 Sed quod Georgi te tacebit seculum  
 Zapolitani nominis?  
 Qui regna fratris victimae in modum tui  
 Tuo sacraasti sanguine.  
 Verum faceessant lacrymae sit luctui  
 Modus. Fleantur ceteri,  
 Quos siue luxus, siue foeda ambitio  
 Inglorios letho dedit.  
 At vos beatæ ter, quaterque et amplius  
 Mentis, quibus pro Patria,*

*Et pro sacro Christi Iesu nomine  
Obire supremum diem,  
Nec quae secuta porro sunt incendiis  
Imbuta fratrum sanguine,  
Nec patriae interitum videre contigit,  
Vos sempiternum, vivite!*

Adnectimus praeterea Graecum Eius Carmen Thomae a Zalaháza, Episcopo Agriensi et Veszpremiensi et Regni Cancellario scriptum, quod eruditus Popularibus Saliuam commoturum certo confido, pag. 17.:

Παννονίας κύδος ἀρχιερεὺς ὃς ἐποίμανε πασῆ  
Σωφροσύνῃ κ' ἀγριῆς Βεσπρεμιούλε λέως.  
Παντοδαπῆς σοφίης κύκλον τὸν ἀπειρίτον εἰδῶς  
Ἐὺν γλωθῆσιν ὁμῶς, Ατθίδι κ' Αὔσονιῃ.  
Ἵουνεκα τῆς ἀρετῆς καὶ πίσεος εὐδοκιμοίο,  
Καὶ βασιλῆσι φίλος καὶ πατερίδ' ὠφέλιμος.  
Ἐνθάδε τῆς ζωῆς κατόπιν κηδῶνλε πονῶντε,  
Κοιμᾶτ' ἐν χριστῷ κῶιτον ὀφειλόμενον.

Ligatam interpretationem Latinam mitto, quod Valentino Zepfio, Praeposito Eörfsiensi occinuit carmen, illud hic eius loco repetam:

*Siqua Valentino monumenta locanda venirent,  
Qui columen templi Veszpremiensis erat.  
Non Mausolaei celebris fortuna sepulchri,  
Pyramidumue labor vinceret huncce locum.  
Tanta viri integritas, doctrina, modestia, virtus,  
Tanta in amicitia cum probitate fides.*

Varias Eius Epistolas, Carmina, et alia scripta laboriosus Rosarides collegit, quae sensim prout non vano accepimus rumore, ex Bibliotheca Hungaricae Nationis Vittebergensi magno reip. nostrae litterariae damno iam iam dissipantur. Vernerum vna cum coniuge Sophia Eperiesini tumulo conditum esse Briccius

cius in Diario MScto pag. 9. testis est: immo Sabinam quoque Eius filiam Christiano Metzger Senatori Eperiesiensi elocatam in eundem tumulum an. 1567. illatam fuisse idem commemorat Historicus. Sed Sabinam hanc Iosepho Te&tandro, Elisabethae Reginae, Ioannis I. electi Regis Hungariae coniugis, Medico, primum desponsatam fuisse liquet ex illius epitaphio, quod *Io. Langus* celebris sui temporis poeta Luctui Pannoniae pag. 40. verbis his inscripsit:

*Designata mihi Veneri filia, coniux,*

*Sed prope iam vita deficiente fuit.*

*Vita minus quam Virgo dolet deserta Sabina,*

*Ah properata mihi tarda&que fata nimis!*

*Fru&tus erat saltem sanctam tetigisse puellam,*

*Clausa forent digitis lumina nostra suis.*

- \*) Caue tamen L. B. vt *Venerum* hunc vocis homonymia deceptus confundas cum *Georgio Venero*, ciue Cassouiense Hungaro, vt haud dubie perperam fecisse videtur Rev. *Car. Wagnerus* in *Anale&t. Scep. Sacr. et profani Part. II. pag. 167.* Hic quoque Cracouiae quidem poeticae, et eloquentiae, politorumque omnium litterarum studia *Paullo Crosnensi* & *Rud. Agricola* ducibus diligentissime tractauit, sed non nisi patriae ciuitatis Consul euadere potuit: in dissidiis *Ferdinandum* inter et *Ioannem Hungariae Reges* agitatis, dum Legati potissimum munere ab *Eperiesiensibus* sibi imposito fungeretur, multa perpe&sum fuisse *Conradi Sperfogelii Annales contracti Scepusiensium in Annalibus l. c. ad an. 1532.* memin&erunt. *Erasmus* quoque *Rotterodamo* Virum hunc fuisse acceptissimum liquet *Operum Tom. III. part. I. edit. Lugd. Bat. an. 1703. pag. 1046. epist. 912. ad Io. Antonium Cassouiensem Nostrum, patriae Medicum,*

dicum, Basil. an. 1527. exarata. Ab hoc Georg. Venero editum fuisse nouimus *Elegiarum Librum Vnum, Reuerendissimo in Christo Patri, et Domino, D. Ladislao Salcano, Episcopo Agriensi, et Supremo Regni Hungariae Cancellario, maximoque gentis suae Maecenati, nuncupatum.* Cracou. per Hieron. Vietor. an. 1523. in 8.

100. **ZOLTAN** (IOSEPHUS) Mortuo Gyula Duce, alterum in administranda Transilvania Vaiwodam, Zoltanum, proauum suum, constituisse D. Stephanum, primum Hungariae Regem Turoczius in Chronica Hung. cap. XXX. edit. Schwandtner. pag. 95. refert ex *Simone de Keza* limpidissimo illo omnis Historiae Hungaricae fonte, cuius vberiore notitiam Illustriss. Kollarium Commentar. Lambec. Lib. I. pag. 688. nobis haud ita pridem dedisse grata mente commemorimus. Ex illustri ac perantiqua hac Zoltanorum familia hodie in Hungaria florentissima IOSEPHUM hunc suam duxisse originem, fidelissimi testes, domestica litteraria nos edocuerunt instrumenta. Pater, *Paulus Zoltan*, ciuis ac mercator Claudiopolitanus, quod fidelissima eaque prorsus singularia Leopoldo Imp. feruentibus bellis, praestitisset repetitis vicibus seruitia, in omnibus iuribus suis ac priuilegiis vetustissimis nobilitaribus a munifico ac benignissimo illo Caesare, Augustis litteris testibus, anno 1697. confirmatus est. Hoc patre & Anna Lévai an. 1712. natus Noster, posteaquam domi elementis religionis, et iis litteris, quibus aetas puerilis hominum institui solet, mature imbueretur, manifestis prodidit indicibus praeter incredibilem discendi cupiditatem etiam a natura nactum esse memoriam praestantissimam, ingeniumque ma-

xime



xime docile, quare an. 1730. ineunte in numerum togatorum civium patrii Lycei cooptatus, tulit breui feuerioris diligentiae praemium, Generosissimus enim L. Baro, Wolfgangus Banfi de Lofsoncz, erectae indolis trium filiorum adolescentulorum, Wolfgangi, Paulli, Michaëlis, institutioni, constituto liberali stipendio, illum praefecit, cuius fidelissima in studiis manuuctione et saluberimis illi vterentur consiliis. Singulari dum erga Studium Medicum a tenera inde aetate ferretur propensione, anno tandem labentis Seculi XLI. relicta patria, sitim expleturus, iter ad Hallensem in Germania Academiam suscepit, ibi biennii fere spatio magnorum Medicorum loci illius solida informatione vsus ad reliqua coepta Studia sua medica perfequenda Lugdunum Batauorum properavit, sed facile mox inde Traiectum ad Rhenum breui itinere transpedavit, & emenso feliciter Stadio, an. 1745. ad d. 21. Octobr. gradu Doctoris in Medicina condecoratus est. Relictis Batauorum Germanorumque finibus, sospes patrios lares die 10. Iun. 1746. salutavit. Artis medicae praecepta exercitatione firmaturus, in aulam Illustris, L. Baronis Gregorii Barsai vocatus, Piskinium in Comitatum Hunyadiensem se contulit, in eo, et circumiacentibus agris medicinam per sedecim annos feliciter exercuit quoad an. 1760. Claudiopolim reuerteret; hic quoque dum muneri Medico non cum minori fide & fructu quam laude & amore praeesset, febre maligna correptus, ad d. 18. Ian. 1763. aetat. 51. medendo pariter ac viuendo, opinione nostra maturius, quam oportuit, finem imponere coactus est. Excellentem Virum hunc a facie laeta, ingenio acri, et animo alacri

commendatissimum praeter Latinam, Graecam, Hebraeamque linguam, aliarum quoque, Germanicae puta, Gallicae et Italicae notitia inter suos inclaruiffe serio intelleximus, pro merito itaque in funeris celebritate singularibus laudatus est elogiis a Cl. *Sam. Pataki*, Med. Doctore, Philos. et Mathematico, in Athenaeo Helu. Confess. addiكتورum Claudiopolitano, Professore P. O. celeberrimo, dum is de vitae humanae fatis sermone vernaculo scite admodum differeret: *Elég annyi idot az Embereknek élni e' világon, a' mennyit rend szerent közönségesen szoktunk el-érni.*


## Opera.

1. *Inquisitio physiologico-pathologica in typos Februm intermittentium*, pro Gradu Doctoris in Medicina sine praes. Trai. ad Rhen. an. 1745. in 4. plag. 6. Illustris. L. Baronum, Sigismundi & Wolfgangi, Baniorum honoribus nuncupata.
2. *Telemachus in Sermonem Hungaricum transfusus*. Dum Libelli huius Translatio Hungarica, Cassouiae in forma quarti ordinis in lucem protrusa haud fuisset popularium nostrorum calculo probata, statuit Noster puriore sermone vernaculo versum nobis offerre. Haec in fine Manuscripti operis adiecta leguntur: *El-végeztem 18. April. 1758. Piskiben a' Strigyvizé partyán Zoltán Iqsef. Med. Doctör.* Maecenas, qui editionem libri non inutilis haud ita pridem liberaliter promisit, liberet fidem, oportet.
3. *Historia Hungariae et Transilvaniae e Numismatibus illustrata*. Quidquid temporis ab officiis medicis vacuum relinquebatur, id omne illustrandis pa-

triae rebus, conquirendis in primis numis antiquioribus, iisque scite delineandis, impendit. Ingentem congeſtorum numiſmatum cumulum Fratris natu minoris filius, aequae Aefculapii ſectator, in ſcriniis ſuis litterariis adſeruat vna cum reliquis opuſculis ineditis luce publica digniſſimis. Optandum profeſto, vt huiuſcemodi opera patriae hiſtorica, fide numiſmatum roborata, tandem aliquando tenebricoſa perfringerent repagula! Vtinam diſertiffimus euangelici eloquii apud Iglouienſes in Scepuſio praeco, *Andr. Ionaſ Czırbeſz* quoque, ſuam vt promiſit, in eam rem conferret *Symbolam, Adparatum ſcilicet ad illuſtrandam rem numariam Hungaro-Transiluanam, ex monumentis, partim ineditis, partim poſt editiones primas fugientibus, vel in volumina maiora relatis, collectum, atque figuris et notis illuſtratum* luci publicae committeret. Quantum erudiſſimi Viri huius valeant humeri, ſane illuſtribus in Ephemeridibus litterariis Vindobonenſibus demonſtratum dedit ſpeciminibus.

- \*) Conſtituerat apud animum auctor opuſculi huius, *Hippocratis, Theſſali, Galeni, Cardani, Patini, Petrarchae, Slegelii, Baieri, Scheffellii*, aliorum exemplis adductus, vitae ſuae fatorumque rationes cum enumeratione ſcriptorum vltimo Articulo paucis verbis enarrare, ſed quia *Cel. Hallenſium* Profeſſor Medicinae, Acad. S. R. I. Nat. Cur. Praeſidi Adiunctus, *D. Ern. Godofr. Baldinger* ſingulari hoc humanitatis et amicitiae munere in Biographia ſua Medicorum noſtri temporis Partic. IV. num. 5. iam ante biennium deſunctus eſt, manum de tabula hac conſulto ſubtrahendam duxit, et non niſi Obſeruaciones ſuas quodaſam, in laudatiſſimo iſto bonae frugis Libello Biographico omiſſas

missas reliquis Opusculis serie hac adnectere:  
 1. *Observatio Medica de Procidencia Vaginae Vteri virginei totali, vna cum plenaria illius inuersione facta cum descensu vteri*, inserta Nou. Actis Acad. S. R. I. Nat. curios. Tom. IV. Obs. IX. pag. 41. seqq. 2. *Fallacia existentiae auri vegetabilis Hungarici nouo exemplo demonstrata*, publicata in Ephemer. litterariis Vindob. Anzeigen inscribi solitis, Part. X. pag. 78. seqq. an. 1773. 3. *De Medicis Hungariae, qui Mathiae Coruini Regis aetatem ornarunt*. Ibidem Part. XII. pag. 89. an. 1774.



## Supplementa ad primam Biographiae Medicorum Centuriam addenda.

In Artic. 40. KASSAI. Io. Antonium Cassouiensem hunc Basileae et Pataui Medicinam excoluisse, eamque in Patria primum, mox in Polonia exercuisse, certis superscriptibus constat documentis, cuius talia exstant eruditionis monumenta:

1. *Concilium animalium*. Titulo hoc insignitum Io. *Dubravii* Poëma, addita facunda sua ad Iac. de *Arciszewo*, Art. et Iur. Pontif. Doctorem, epistola, in litterariam lucem protulit Cracou. an. 1521. 4.
2. *De tuenda bona Valetudine Carmen*. Cracou. an. 1535. 4. Petro Tomitio antistiti Cracouiensi, Regnique Poloniae Cancellario, nuncupatum, quem dum grauisimo morbo colluctantem, adhibito salubri remedio, pristinae sanitati restitueret, ab eo non modo liberalissime remuneratus est, sed

illius opera in numerum quoque regionum Medicorum in Aula Sigismundi I. Regis Poloniarum adgregatus.

3. *Elegia in obitum incomparabilis Praefulis Petri Tomicii, et Magni Erasmi Rotterodami, praecipui studiorum instauratoris; vtraque Cracouiae illa an. 1535. haec an. 1536. typis excusa. Mutuae inter Tomicium hunc atque Erasmus fiduciae atque commercii litterarum Antonius hicce noster fuit conciliator, testibus Eiusdem Rotterodami Epistolis, Oper. Tomo III. editis.*
4. *Epigrammata in Antonium, Patrem suum, ciuem Cassouensem, inque paternos amicos, quibus datus est locus in Luctu Pannoniae, vbi principum aliquot et insignium Virorum mortes, alique funesti casus, vario carmine deplorantur ab auctoribus variis. Cracou. an. 1544. 8. plag. 3. Quia elegantissimus libellus iste omnium, qui in Polonia umquam foras editi sunt, longe est rarissimus, exscribam illa ad amussim laudati Ciuis nostri Epigrammata :*

### Antonio Patri Io. Antonius Cassouensis.

*Hic actum placidii post cursum Antonius acui,*

*Cum Natis geminis, coniugibusque cubo.*

*Plurima laudatae cuius pia Patria vitae,*

*Et Templum hoc doctae fert monumenta manus.*

*Namque laborandi vix alter doctior auri,*

*Ingeniique prior dexteritate fuit.*

*Nil modo me partum decus hinc, hominumque fauores,*

*Nil res, nil artes vita bene acta iuuat.*

Idem

Idem suis.

*Antoni Genitor, mater Catharina, nouerca  
 Margarita, soror Barbara, Dorothea.  
 Altera cum Stephano, mea viscera, iuncta marito,  
 Quos rapuere mihi tempore fata breui.  
 Vobis natus ego, priuignus, frater, et idem  
 Sanguis Ioannes haec monumenta dedi:  
 Ut quoniam ante diem mihi Vos mors tristis ademit,  
 Quo potui, saltem fungerer officio.*

Idem paternis Amicis.

*Doctus Ioannes Lignis, Antonius auro,  
 Pigmento Ambrosius, marmore Nicoleos.  
 In forma certa quiduis deducere ab arte,  
 Hic pariles patria consepelimur humo.  
 Par primum sanguis, reliquos concordibus ipse  
 Germanos animis efficiebat amor.  
 Viximus vnanimis, artisque pericula Templis,  
 Et Patriae dedimus plurima quisque suae.  
 Denique coniunctis vita decessimus annis,  
 Post meritum vitae cum probitate decus.  
 Virtutis sociae communia praemia nacti,  
 Nam sancto facilis gaudet amore Deus.*

Ob ingenii suauitatem animique praestantiam a Viris eruditis, Venero, Echio, Ianitio, aliisque plurimum aestimabatur: *Ioannes Langus*, qui primum Budae, augustissimo Regum domicilio, erudiendis regiis pueris Symphonicis praefectus, mox Ferdinandi Nostri consiliarius et orator perpetuus renunciatus est, geminam scripsit Elegiam ad Ianum Antonium Cassouiensem Medicum directam, impressam vtramque Cracouiae, alteram *de seipso*, an. 1546. in 8. alteram *de Io. Baptista decollato*, an. 1554. in 4. In patrio solo vitam an. 1544.

clausisse docent Versus lugubres, a Clem. Ianitio scripti, et *Luctui Pannoniae* inserti, alias commemorandi.

In Artic. 85. Squarcialupi Medici opera hoc ordine collocanda sunt:

1. *Tractatus de Cometis*. Andreae Dudithio, emerito Episcopo Quinque Ecclesiarum an. 1570. inscriptus, in quo Commentariolus Erasmi, Cometas ex mente Aristotelis explicantis, refutatur. Legitur in Collectione Dissertationum de Cometis, edit. Basil. an. 1580. 4.
2. *De Amygdalarum amararum in ebrietate vi, contra Plutarchum opinio, etc.* Pefclauui in Alpibus Rhaeticis ex officina Landulphorum, an. 1586. 4.
3. *Simonis Simonii, Lucensis, primum Romani, tum Caluiniani, deinde Lutherani, denuo Romani, semper autem Athei, summa Religio* Authore D. M. S. P. Cracou. typis Alexii Rodecii an. 1588. 4. id est, Doctore Marcello Squarcialupo Plumbinensi.
4. *De Fontium et Fluiorum origine, et fluxu opinio Marcelli Squarcialupi Plumbinensis. Peripateticorum, Theologorum, et Senecae Sententiae ponderantur.* Claudiop. in officina Casp. Helti an. 1585. 4. plag. 5. Ill. et Excell. Principi, Petro, Valachiae Domino, prolixa Praefatione praemissa, oblatu Albae Iuliae Transiluanorum Idib. Mart. An. 1585.
5. *M. T. Ciceronis eloquentissimi et sapientis Viri Morales Definitiones, et in easdem Scholia philosophica. Nec non Libellus de Ciceronis eiusdem Gloria, a Marcello Squarcialupo Plumbinensi.* Claudiop. Transiluanorum ex typographia Casp. Helti an. 1584. in 4. plag. 12. Praefixa est Epistola nuncupatoria ad Ill. et optatissimae spei Principem Regni Transilv. Sigism. Bathorem de Somlio, Stephani Pc-

Poloniae Regis nepotem. Adiectum quoque Dau. Sigemundi Cassouiensis, Hungari, Philosophi et Oratoris eximii, de hoc Marcelli Libro iudicium, inter alia sic: *edito hoc Libello testatus es te fidelem optimi Principis tum animi tum corporis esse custodem. Quare debet tibi plurimum, Marcellé, Princeps, debemus nos omnes etc.* Ita Marcellus Principem adolescentulum adlocutus Librum suum claudit: *En habes, Transilu. Princeps, donum, quod in Epistola promisi. Habet hoc regnum totum cum in TE, tum in Dacicam inclytam Vniuersitatem animi mei pignus non vulgare. Quantos in assiduitate mea quatuor annorum stimulos ad veritatem, ad modestiam animo admouerim tuo, te minime fugit. In posterum iste Liber erit meus in hac re Vicarius etc.* At ego mirari satis nequeo, qui fieri potuerit, studiorum et morum informatorem tanto Transilvaniae Principi Squarcialupum huncce homuncionem adpositum fuisse, quippe qui non nisi vitilitigiis, contentionibus, iurgiis, turbisque excitandis vnice operabatur: tales erant reliqui quoque illi *Quisquiliarum Magistri, Blandrata, Stancarus, Sabinus, Buccella, Simonius*, alii, quos docta Italia vt putidas faeces suas in Poloniam et Transiluaniam nostram magno reipublicae nostrae damno ea aetate eructauerat: obscœnis illi, blasphemis, scurrilibusque dicteriis in Scriptis suis vsi, animos ciuium nostrorum foeda contentionis labe infecerunt: tanta est, mitto alia, Squarcialupiani Scripti, quod statim indicabitur, nefanda spurcicies, vt nemo cordatorum illud absque graui indignatione e manu sua deposuerit, quin flammis quoque dignum iudicauerit:



6. *Simonis Simonii Lucensis Primus Triumphus de Marcello Squarcialupo Plumbinensi ab eodem Squarcialupo adornatus, Claudiopoli Transiluanorum an. 1584. 4. alph. 1. plag. 5. Magnificis Transilvaniae Praesidibus, Alex. Kendio, Wolfg. Kouachocio, Lad. Somborio nuncupatus. Auctor in Opere hoc calumnias sibi a Simonio obiectas studiose ac mordacibus verbis obterit, vitae suae fata sparsim enarrat, se scil. in Academia Pisana an. aetat. XXIV. Med. Doctorem proclamatum, Campiliae postea in Hetruria per annum vnum Medicinam fecisse, inde Romam discessisse, mox Umbriam, Flaminiam, Longobardiamque perlustrasse, Mediolani substituisse, relicta deinde patria, in Rhaetiam intrauisse, Heluetiam peragrasse, immo Basileae Libris scribendis aliquamdiu vacasse, inde per Germaniam in Morauiam et Poloniam, nouissime Daciam quoque nostram penetrasse se commemorat: diras sibi imprecatur, si, cuculla aut toga usurpata, sacerdotis aut presbyteri munere vumquam alicubi gentium fuerit defunctus: Scriptorum suorum Medicorum non minus quam philosophicorum longam seriem a Simlero in auctam Gesneri Bibliothecam ex parte insertam enumerat, quae singula huc exscribere, non leuem nobis facefferet molestiam; interim sequens adiicimus.*
7. *Wolfg. Kovászocii, Regni Transilvaniae Cancellarii, Dialogum de Administratione R. Transilvaniae Marcellus Squarcialupus Martino Berzeuicio inscripsit, et inscio fere auctore eruditissimo edidit, Claudiopoli typis Casp. Helti, an. 1584. in 4. quem in Sermonem postea Theoticum translatum an. eod. ibid. in 8. repetitum fuisse Czuittinger Biblioth. Scriptor. Rer. Hungar. pag. 35. commemorat.*

Si laborem hunc eruditis Lectoribus conterraneis placuisse intellexero, dabo operam, vt altera quoque ex Aduersariis excerpatur Centuria, in qua sequentibus Patriae Medicis locum hac serie adignare constitui :

1. *Abaris*, Scytha. 2. *Ajtai*, Andreas. 3. *Alstedius*, Ioan. Henricus. 4. *Anacharsis*, Scytha. 5. *Arkosi*, Benedictus. 6. *Ascanius*, Someniis, Michael. 7. *Arzél*, Gabriel. 8. *Baligha*, Samuel. 9. *Bátsmegi*, Adamus, item Stephanus, item Ioannes. 10. *Borofnyai*, Nagy Martinus. 11. *Centner*, Ioan. 12. *Conrad*, Andreas. 13. *Cornarius*, Diomedes. 14. *Cramer*, Paullus. 15. *Csapo*, Iosephus. 16. *Czeglédi*, Ioannes. 17. *Deccara*, Ioannes Guilielm. 18. *Dimjen Kolosvári*, Paullus. 19. *Drauth*, Sam. 20. *Ebhardt*, Georgius Sigism. 21. *Elhard*, Ioan. Christoph. 22. *Enyedi*, Samuel, item Caspar, item Stephanus. 23. *Felfalussi*, Ioseph. 24. *Foegler*, Ioan. Baptista. 25. *Fogarassi*, Georg. 26. *Francisci*, Paulus, item Andreas, item Ioannes. 27. *Franckenstein*, Martinus Henric. 28. *Friedel*, Ioan. 29. *Furlani*, Ioan. Andreas. 30. *Geiger*, aliter *Waldmann*, Daniel et Esaias, pater et filius. 31. *Gezenovius*, Ioan. 32. *Glatzinger*, Ioan. Michael. 33. *Gomöri*, David, pater et filius. 34. *Greifing*, Valentinus. 35. *Gri-naeus*, Simon. 36. *Gruber*, Abraham. 37. *Grünblat*, David. 38. *Grundel*, Georg. 39. *Grundler*, Ioan. Baptista. 40. *Hambacher*, Ioannes et Samuel, pater et filius. 41. *Hammer*, Nicolaus. 42. *Hatvani*, Stephanus. 43. *Herczeg*, Ioannes. 44. *Hunyadi*, Franciscus. 45. *Hufzti*, Stephanus. 46. *Ieszéni*, aliter *leitzensky*, vel *leitenius* a *Iessen*, Ioannes. 47. *Kastlenholz*, Honorius Wilhelm. 48. *Kepler*, Ludovicus. 49. *Kertzi*, Paullus. 50. *Kkien*, Ferdinandus. 51. *Knogler*, Ioan. Christoph. 52. *Köpetzi*,

- petzi*, Ioannes. 53. *Komáromi*, Ioannes Petrus. 54.  
*Kyr*, Paullus. 55. *Liebezeit*, Georg. Sigism. 56.  
*Lieffman*, Frideric. 57. *Lippai*, Ioannes. 58. *Ma-*  
*tolai*, Ioannes. 59. *Melchioris*, Nicolaus. 60. *Metz-*  
*ger*, Martin. Christoph. et Christoph. Daniel, pater et  
 filius. 61. *Moller*, Dan. Wilhelmus. 62. *Molnár*,  
 Adamus. 63. *Nadányi*, Ioannes. 64. *Neuman*, Sam.  
 65. *Parschitzius*, Stephanus. 66. *Pataki*, vterque  
 Samuel, pater et filius. 67. *Pariz* *Pápai*, Franciscus  
 iunior, et Andreas, fratres germani. 68. *Pek*, Ioan.  
 Christophorus. 69. *Pedemontanus*, Ioannes. 70.  
*Perbegg*, Iosephus. 71. *Pétsi*, Andreas. 72. *Pri-*  
*vigyei*, Nicolaus. 73. *Rayman*, Samuel et Ioannes  
 Adamus, fratres germani. 74. *Rezenci*, Ioannes. 75.  
*Samboki*, alter Sambuki, vel Sambucus, Ioannes. 76.  
*Schemberger*, Andreas. 77. *Schüller*, Ioannes Georg.  
 78. *Schwab*, Christian. Ioachim. 79. *Sgolanits* Io-  
 seph. 80. *Simoni*, Martinus. 81. *Somogyi*, Iose-  
 phus. 82. *Sontag*, Samuel. 83. *Stancarus*, Fran-  
 ciscus. 84. *Stockinger*, Mich. Godofr. 85. *Szent*  
*Iváni*, Martinus. 86. *Thil*, Georg. Ericus. 87. *Tol-*  
*nai*, Stephanus. 88. *Torkos*, Ioannes. 89. *Toxaris*,  
 Scytha. 90. *Trogmayer*, Ioan. Gottlieb. 91. *Val-*  
*marin*, Israël. 92. *Váradi*, Matthias. 93. *Vásár-*  
*hellyi*, Iacobus. 94. *Vizaknai*, Briccius. 95. *Wachs-*  
*man*, Sigismundus. 96. *Wieland*, Ioan Carolus. 97.  
*Windisch*, Ioan. Theophilus. 98. *Wipacher*, David,  
 pater et filius. 99. *Wirth*, Georgius. 100. *Zoltan*.

F I N I S.



Vitia operarum ita corriget Lector.

Pagina 3.	Linea 27.	Viniferum, lege Piniferum.
25.	13.	Kollar, lege Hollar.
15.	5.	Evangeliomok, lege Evangeliomokra.
16.	7.	Meteghytö, lege Meleghytö.
40.	7.	Eeau de la Reine, lege l'Eau de la Reine de Hongrie.
43.	2.	Orhhanam, lege Orphanam.
51.	13.	Supple sic: Montagna: <i>illum Matthiae regis Archiatrum, a Bonfinio et Celte laudatum; hos etc.</i>
52.	29.	L. III. lege L. II.
65.	15.	dele: cum.
72.	28. 29.	Supple sic: fauentiorem <i>Matrem Lipsiacam artium bonarum Nutricem etc.</i>
76.	15.	Szentivamio, lege Szentivanio.
79.	13.	Supple sic: Castrensi <sup>um</sup> <i>Hungaritarum Decades,</i>
83.	3.	XX. lege XV.
91.	24.	equestris, lege pedestris.
93.	1.	Tökolji, lege Tökölyi.
96.	16.	Plurimum, lege Plurium.
103.	26.	peritissime, lege penitissime.
113.	9.	Langia, lege Lanyia.
116.	33.	seqq. dele omnia a verbis: <i>Auxit eam infelicitatem, vsque ad verba inclusive: ignis consumfit.</i>
119.	11.	communicetur, lege communicentur.

Pagina 125.	Linea 9. Paulli, Tfernatonī, lege Paulli Tfernatonī.
127.	22. La roj, lege La voj.
—	26. Lepse, lege Legse.
—	28. non, lege nou.
128.	1. bung, lege buny.
—	31. pastorculi, lege didascalī.
143.	29. compositi, lege componi.
153.	7. funcli, sepulti: lege functo, sepulto.
155.	33-34. Lege sic: indubio Eperjesiensium hodiedum superstitum, immo ipso etc.
166.	32. adornavit, Londini editam, lege: adornavit editionem. Londini etc.
170.	28. Medicae, lege Melicae.
173.	21. Dec. An. II. lege Decur. II. An. II.
—	29. feliciter exercitam, lege: vtrobique exercitam.
176.	17. Stridoniensis, lege Strigoniensis.
178.	5. Scepusiensium, lege Scepusium.
179.	35. apostando, lege apostatando.
188.	1. Submissae, lege Submissum.
190.	24. Hosvano, lege llosvano.